

Condesa de Bornos
Est. Tabl.





F.A.077

K.0000153555

6-7-11

2-h-XXVI-1-h-509-b-g



5691

276
(PP. Zobdamos)

COLLECTIO PATRUM
ECCLESIAE TOLETANÆ.



300

COLLEGIO PATRUM
EGRESSE TOTENAE



PP. TOLETANORUM
QUOTQUOT EXTANT
OPERA.

TOMUS TERTIUS.

RODERICI XIMENII DE RADA,
TOLETANÆ ECCLESIÆ PRÆSULIS,
OPERA PRÆCIPUA COMPLECTENS.

OPERA, AUCTORITATE, ET EXPENSIS
EMINENTISSIMI DOMINI FRANCISCI
CARDINALIS DE LORENZANA,
ARCHIEPISCOPI TOLETANI, HISPANIARUM PRIMATIS.



MATRITI MDCCXCIII.

APUD VIDUAM IOACHIMI IBARRA, DIGNITATIS ARCHIEP. TOLET. TYPOGR.
REGIO PERMISSU.

P. TOLSTANORUM

ТИАТХЯ ТОУГОНОУО

ЛЯДЬЮ

СУДЯЩИЕ ТЕРРИТОРИИ

RODRIGI XIMENII DE RADA.

TOLÉTANÉ ECCLESIE PRESULIS

OPERA PRECIPUA COMPLECTENS

OPERA, AUTHORITY, ET EXPENSES

EMINENTISSIMI DOMINI FRANCISCI

CARDINALIS DE LORENZANA

ARCHIEPISCOPI TOLLETANI, HISPANARUM PRIMATI



MATRIX MDCXIII

REGIO PERMISSOR

PRÆFATIO.



I quis forte miratur, nos, postquam duobus præcedentibus voluminibus nova luce donavimus opera SS. PP. Toletanorum, qui Ecclesiæ nostræ decus maximum, et ornamentum fuere, cum ob eximiam vitæ sanctitatem, tum etiam ob singularem sapientiam, nunc hoc tertio volume typis recussa dare præcipua, quæ Rodericus Ximenius de Rada, clarissimus antecessor noster, de rebus gestis conscripsit; is, si attente consideret, ac animo secum ipse reputet, et qualis vir Rodericus fuerit, et quanta eius in Rempublicam litterariam merita, non dubito fore, ut nostrum consilium probaturus sit, et præsens opus summa cum voluptate perlecturus. Quamquam enim Sanctorum fastis publico Ecclesiæ testimonio adscriptum Rodericum non veneremur, tamen vita eius inculpatè acta, candidi SS. Prædecessorum mores, quos in se diligenter expressit, et sapientia, qua illo sæculo eminuit, prope suo iure repetere videbantur, ut sicut ad SS. Patres antiquitate accessit, ita et inter veteres Patres locum eidem concederemus. Nam si postulat æquitatis ratio, ut cuius beneficio fruimur, eum ab oblivione, quæ ingrati pectoris mater est, quantum possumus, vindicemus; quis iniquo animo perferat, nos tam bene de tota Hispania merenti Præsuli vetustissimo ista, qua possumus, animi significatione respondere voluisse? Si virtutum pignora quærimus, fulserunt maxima in Roderico: si antiquitatem desideramus, quæ sollet auctoritatem conciliare, nostri Præsulis perspecta omnibus est: at si beneficiis capimur, reperiemus certe nomen tanti viri immortalitate dignissimum.

Ille primus viam pandit, qua posteri possent ad primæva Hispaniæ sæcula ascendere, nostrorumque maiorum ortum, ac incunabula scire, monumentaque per-

lu-

lustrare. Continebatur Hispanica historia , quasi rudis indigestaque moles , obscurissimis chronicis : ad illa remotissima tempora interclusus erat aditus immensis difficultatum montibus : at Rodericus noster viam commonstravit , lumen accedit , facem prætulit , offusas ignorantiae tenebras discussit , pretiosum à vili , ut ita loquamur , segregavit , et sedulo perlegens , quæ ante se litteris consignata erant , in meliorem formam rededit omnia , quæ ob priorum sæculorum barbariem in summa caligine et perturbatione demersa iacebant.

Neque vero audiendi sunt illi , qui de fama Roderici detrahendum arbitrantur , propterea quod in scribenda historia orationis ornatum et dicendi leporem persecutus non fuerit ; nam etsi illis respondere possemus , hac de re non magnopere sollicitos esse solere graves et doctos viros , quibus carior est veritas , quam cum obscuritate iuncta latinitas , ut plerumque solet accidere ; tamen stilum Roderici omnino horridum et incultum esse negamus , quin etiam , si illa tempora memoria repeatantur , facile credimus politiorem esse , quam ut æqui rerum æstimatores elegantiores efflagitare possint : illo etenim sæculo , quo ignorantia omnia defœderat , quo tantummodo de expellendis ex Hispania Mauris cogitabatur , quo Minerva , rauco tubarum clangore perterrita , silebat , Martis arma dumtaxat tractabantur , et Arabum ingluvies omnia susque deque verterat , divinaque humanis permiscuerat , instar cuiusdam miraculi historiam Roderici fuisse censemus.

Quod si veritati admixta aliquando minus certa , vel etiam fabulosa interdum videmus , haud erit difficile ab eiusmodi nævis illum vindicare , quin propterea auctoritatis , et venerationis , tanto Præsuli debitæ , quidpiam sit imminuendum : hi enim sunt eius generis defectus , quos humana diligentia cavere parum potuit illo sæculo misero , et infelici , quo acutissimus quisque quasi alienis oculis perspiciebat ; vitasset autem illos proculdubio

Ro-

Rodericus , si fortunatiora tempora nactus fuisse : "Plane,
 „ ait Nicolaus Antonius , ex his historiarum monumen-
 „ tis (Roderici nempe), quantumvis plura præsertim de
 „ rebus antiquis minus recte senserit ::::: gravissimus ta-
 „ men ante alios est , atque integer hispanicarum rerum
 „ usque ad ætatem suam scriptor , omnesque adivit ve-
 „ tustiorum se auctorum fontes ."

Fateamur igitur nos tanto Præsuli maximis bene-
 ficiis devinctos ; nisi enim ipse in nostrum commodum
 adeo naviter adlaborasset , multa , quæ nunc cognita
 habemus , in tenebris perpetuo iacerent .

Itaque bonarum litterarum profectui , nec minus Se-
 dis et Dignitatis nostræ honori consulentes , ut novis
 typis opera Roderici ederentur , curavimus : rem ma-
 ximè gratam facturos , sperantes , viris doctis præcipue ,
 quibus avidissime desiderantibus facultas habendi ea nisi
 magnis sumptibus vix , aut ne vix quidem , suppeteret
 poterat ; admodum enim rara , et singularia facta fuere .

Est et aliud , quod de proposito nostro securiores ,
 et certiores nos reddidit , postquam editiones antehac
 factas attente consideravimus , et ad MSS. recognovi-
 mus : namque invenimus illas pluribus mendis scatere ,
 partim Typographorum incuria , partim eorum , qui ope-
 ribus edendis insudarunt , cum ad manus habere corre-
 ctiora manuscripta nequivissent . In quo nos curam no-
 stram præcipuam (ne dicamus unicam) stetisse liben-
 ser fatemur ; nam præter editiones hucusque vulga-
 tas præ manibus habuimus exemplaria alia MSS. nostra
 vernacula , et etiam latina lingua conscripta , quæ ad
 emendanda et restituenda permulta , quæ in anteriores
 editiones mendosè irrepserant , incredibile quantum lu-
 cis præbuerunt .

Ut autem consilium , quod in singulis historiis eden-
 dis secuti sumus , aperiamus , principio animadvertisimus ,
 ex prologis earumdem satis superque constare ab Au-
 ctore eodem ordine scriptas fuisse , quo nunc in lucem

edi-

P R A E F A T I O.

edimus, sicut iam pridem monuerat prædictus Nicolaus Antonius: apud quem iure reprehensam habemus levitatem illorum, qui nullis rationum momentis ducti, aliqua ex his operibus Roderico abiudicare voluerunt; si namque prædicta exordia attente considerassent, minime in talem dubitationem incidissent. Sunt et alia multa de aliis operibus Roderico tributis, et præsertim de historia Catholica à clarissimo Bibliothecæ auctore ad rem notata, digna omnia, ut à viris sapientibus consulantur, quæ nos silentio prætermittimus, quia potest facile videri citatus auctor.

Deinde pro nostra editione hæc tantum admoneamus. Textum Roderici damus variantibus lectionibus adornatum, servatis his, quas Andreas Schottus ex codice Toletano, alioque ignoto, ut ex prima illius adnotatione apparet, deprompsit, adhibitis præterea, quas in aliis MSS. reperimus, inter quæ primum locum damus illi valde antiquo, et correcto, quod in Bibliotheca Complutensi Collegii maioris S. Ildephonsi asservatur.

Noluimus tamen variantes omnes lectiones semper indicare, quod non nisi implicatissimum laborem lectoribus afferret, sed tantum eas, quas ad pleniores textus intelligentiam conducere posse existimavimus. Unum affirmare audemus, plerumque scilicet in textu lectio nem verisimiliorem secutos, ceteris ad marginem relegatis; nusquam tamen hoc auctoritate nostra, sed MSS. Toletani, vel Complutensis testimonio fecimus: quando autem ex hisce genuina lectio haberi non potuit, ad alias investigandas animum appulimus; at etiam si fortasse aptas invenerimus, textui tamen ingerere ausi non fuimus, ne quis temere factum suspicaretur, sed ad marginem notavimus, ut videre est in lib. 2. de rebus Hispaniæ cap. 18. pag. 41. ubi ad illa verba textus *Montivagi ubi populi*, quo modo legitur etiam in codicibus Complutensi et Toletano, in margine indicavimus lectio nes alias certe verisimiliores.

-ib-

At

At ubi hisce mediis adiuti, lectionem restituere nequivimus, antiqua remansit; maluimus namque illam imperfectam relinquere, quam viris doctis proprio marte nostras quasi coniecturas obtrudere, quod absque eorum præiudicio fieri non liceret. Cuius etiam exemplum habetur in eodem lib. 2. cap. 4. pag. 26. in illis verbis: *Postquam vero Theodosius, qui cœpit regnare::: quem locum noluimus immutare, licet facillime ad perfectum sensum restitui potuisset: sicut et alibi in historia Vandalorum cap. 10. pag. 238. in illa oratione: Gilimerius autem de potioribus Vandalorum :: ab illis verbis multosque nobilium Vandalorum :::*

Quod ad ortographiam attinet, cum ex illius defectu oriretur sæpe imperfectio textus, quod vitium in omnibus codicibus inveniebatur, eam reformavimus, prout necesse erat, ut istius artis regulis, tunc fere vel ignotis, vel neglectis, consentanea redderetur.

Hucusque autem dicta cum in aliis Roderici operibus quæ recudimus, præstitimus, tum maxime in historia Romanorum. Hanc etenim, quam Andreas Schottus ex MS. Toletano edidit, valde imperfectam è manibus suis exiisse comperimus: desunt in ea sæpe integræ orationes, sæpiissime verba, vel etiam immutata obscurissimum sensum faciunt: quapropter maiori necessitate compulsi fuimus, fere semper ac discrepat à Complutensi lectione, hanc in textu apponere, illa ad marginem adnotata.

Historia Arabum, etsi adeo depravata non fuerit, ut præcedens, in editione Francofurtensi, indigebat tamen maxima emendatione; nam præter interpunctionis vitia multoties inveniuntur immutata verba, corruptusque orationis sensus. Huic vero nostræ edendæ præter MSS. præ manibus habuimus eam, quam publica luce donavit (Lugd. Batav. anno 1625) Iacobus Golius, qui utpote in historiis Arabum, quorum linguam in Universitate prædictæ urbis publice docuit,

b ver-

versatissimus , multa loca in editione Schotti subobscura declaravit , et alia corrupta restituit , non tamen omnia ; quo factum est , ut nobis adhuc laboris nostri occasio relinqueretur , sicuti pro viribus fecimus : neque tamen gloriamur omne , quod optabamus , assecutos , scilicet , editionem istam prodire iam numeris omnibus absolutam ; etiamsi confidimus meliorem redditam , et ceteras , quæ illam præcesserunt , multum anteire.

Hic igitur poteramus gradum sistere , cum ad id , quod intenderamus , scripta nempe Prædecessorum nostrorum novis typis edere , iam demum ventum esset . Sed priusquam ultimam manum operi adponeremus , voluimus alia adnectere , minime quidem à proposito nostro aliena .

Ea vero duabus appendicibus comprehensa sunt . Prima continet series Regum Hispaniæ , et Præsulum Toletanorum , brevem summam Conciliorum , quæ Toletana dicuntur , et indicem ceterorum , quæ prædicti Præsules celebrarunt , vel quibus ipsi interfuerent : quod duabus præsertim de causis à nobis actum est . Cum enim sæpius de omnibus his mentio fiat in operibus Toletanorum Præsulum , inque illis haud pauca emendatione digna occurrant , si ad chronologiæ exactæ rationem revocentur , præcipue in historiis Roderici , consultius duximus defectus illos hac via expungere , quam in singulis paginis , ubi inveniuntur , immorari , perpetuas notas et animadversiones hunc in finem inserentes . Insuper confidimus gratissimum lectoribus extitum habere in promptu hæc , quæ et nusquam antetam apte disposita prodierunt , et ad facta historica facilius memoriæ mandanda , et arctius retinenda , magnopere iuvant .

Altera vero appendix Descriptionem Templi Tole-
tani complectitur , quam Blasius Ortizius eiusdem Ec-
clesiæ canonicus tradidit , et in eadem urbe vulgavit
anno 1549 , à quo tempore aliqua immutata sunt , quæ
pro-

proinde necesse erat adnotari , sicuti fecimus brevibus paucisque animadversionibus ad calcem. Itaque existimamus ex his , quæ viri docti desiderare possunt ad Ecclesiam nostram Toletanam spectantibus , nihil omissum fuisse , quod nobis vel maxime in votis erat. Fauxit autem immortalis Deus , ut historiæ totius Regni perficiendæ aliquantulum contulerimus.



APPENDIX SECUNDA

**INDEX GENERALIS
OPERUM,
QUÆ IN HOC TERTIO TOMO CONTINENTUR.**

RODERICI ARCHIEPISCOPI TOLETANI

| | |
|--|----------------|
| <i>Historia de rebus Hispaniæ.</i> | <i>fol. I.</i> |
| <i>Historia Romanorum.</i> | 209. |
| <i>Historia Ostrogothorum.</i> | 224. |
| <i>Historia Hunnorum, Vandalorum, Suevorum, Alanorum, et Silingorum.</i> | 229. |
| <i>Historia Arabum.</i> | 242. |

APPENDIX PRIMA.

| | |
|--|------|
| <i>Series Regum Hispaniæ.</i> | 284. |
| <i>Synopsis Conciliorum Toletanorum.</i> | 325. |
| <i>Catalogus Præsulum Toletanorum.</i> | 345. |

APPENDIX SECUNDA.

| | |
|------------------------------------|------|
| <i>Descriptio Templi Toletani.</i> | 365. |
|------------------------------------|------|

INDEX

SINGULORUM CAPITUM OMNIUM OPERUM,
QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

Vita domini Roderici,

fol. xix.

RODERICI ARCHIEPISCOPI TOLETANI
HISTORIA DE REBUS HISPANIÆ.

Praefatio.

fol. i.

LIBER SECUNDUS.

LIBER PRIMUS.

- CAP.I. *De fundamento huius historiæ.*
- CAP.II. *De Europa, et generationibus Iaphet.*
- CAP.III. *De primis incolis, et primo nomine Hispaniæ.*
- CAP.III. *De adventu et victoria Herculis in Hispaniam, et pugna illius cum Geryone tricipite.*
- CAP.V. *De victoriis Herculis, et ædificatione civitatum in Hispania.*
- CAP.VI. *De morte Caci, et vastatione Ilii, et morte Herculis,*
- CAP.VII. *De operibus Regis Hispanis.*
- CAP.VIII. *De origine, et primis actibus Gothorum.*
- CAP.IX. *De opinionibus originis gentis Gothorum, et commendatione eorum.*
- CAP.X. *De situ Scythiarum, et de Gothorum exercitus regimine.*
- CAP.XI. *De Tanai et ortu Partborum.*
- CAP.XII. *De feminis Gothorum, quæ postea dictæ sunt Amazones.*
- CAP.XIII. *De actibus Gothorum, et Amazonum, et de Telepho, et de Eurypylo Gotborum Regibus, et Regina Tomyri.*
- CAP.XIV. *De victoriis Gothorum contra Persas, et Græcos.*
- CAP.XV. *De sapientibus Gothorum, et Consiliariis eorumdem.*
- CAP.XVI. *Iterum de bellis Gothorum, et Ostrogotha, et Gniva Regibus eorum.*
- CAP.XVII. *De Gallo, et Volusiano, et Claudio Imperatoribus, et pugnis eorum cum Gothis.*
- CAP.XVIII. *De Constantino Imperatore, et Geberic, et Hermanarico Gothorum Regibus, et eorum bellis.*
- CAP.XIX. *De Hunnis, et morte Hermanarici.*

- 5. CAP.I. *De schismate in Athanaricum, et Fridigernum, et bæresi Ariana.* 23.
- 5. CAP.II. *De fame Gotborum, et morte Valentis Imperatoris.* 24.
- 6. CAP.III. *De quibusdam vastationibus, et pace Romanorum, et morte Athanarici et Fridigerni.* 25.
- 7. CAP.IV. *De strage Radagasi, et Stiliconis, et vastatione Italicae.* 26.
- 8. CAP.V. *De destructione urbis, et morte Alarici.* 27.
- 9. CAP.VI. *De victoriis Athaulphi, et morte eius.* 28.
- 10. CAP.VII. *De Sigerico, et Valia, et victoriis in Hispania.* 29.
- 11. CAP.VIII. *De Theudoredo, et casu Hunnorum.* 30.
- 12. CAP.IX. *De Theudorico, et Regulis Suevorum.* 33.
- 13. CAP.X. *De Eurico Rege.* 35.
- 14. CAP.XI. *De Alarico et Gisaleico.* Ibid.
- 15. CAP.XII. *De Theudio.* 36.
- 16. CAP.XIII. *De Agila Rege.* 37.
- 17. CAP.XIV. *De Athanagildo, et Luiba, et Leovigildo.* Ibid.
- 18. CAP.XV. *De Recaredo Rege.* 38.
- 19. CAP.XVI. *De Luiba, Victerico et Gundemaro.* 40.
- 19. CAP.XVII. *De Sisebuto Rege,* Ibid.
- 20. CAP.XVIII. *De Suintila, et Rechimiro filio eius.* 41.
- 20. CAP.XIX. *De Sisenando, et Cintila, et Conciliis eorum temporibus celebratis, et de Tulga.* 42.
- 21. CAP.XX. *De Cindasvindo, et inventione Moralium per Taionem Episcopum.* 43.
- 21. CAP.XXI. *De morte Cindasvindi, et Primatu Ecclesiæ Toletanae.* 44.
- 22. CAP.XXII. *De Recensvindo, et Conciliis eius tempore celebratis, et de Sancto Ildefonso.* 45.

INDEX.

LIBER TERTIUS.

- CAP.I. *De regno Bambæ.*
 CAP.II. *De rebellione Hilderici.*
 CAP.III. *De proditione Pauli.*
 CAP.IV. *De processibus Regis contra Paulum.*
 CAP.V. *De transitu Pyrenæi.*
 CAP.VI. *De adventu exercitus ad Nemausum.*
 CAP.VII. *De irruptione Nemausi, et desperatione Pauli.*
 CAP.VIII. *De legatione Argebadi Episcopi ad Regem.*
 CAP.IX. *De reparacione Nemausi, et restitutione sacrorum.*
 CAP.X. *De fuga Lupi ducis, et metu Francorum.*
 CAP.XI. *De reformatione Provinciæ Narbonensis, et reditu Regis in Hispaniam.*
 CAP.XII. *De reparatione urbis Toletanæ.*
 CAP.XIII. *De regno Ervigii, et Iuliano Pomerio.*
 CAP.XIV. *De regno Egicæ, et scriptura Benedicto Papæ transmissa.*
 CAP.XV. *De morte Egicæ, et regno Vitizæ.*
 CAP.XVI. *De facinoribus, et fraudibus Vitizæ.*
 CAP.XVII. *De causis dissensionis, propter quas fuit destructio Hispaniæ subsecuta.*
 CAP.XVIII. *De regno Regis Roderici.*
 CAP.XIX. *De violentia facta filiæ Comitis Iuliani, et coniuratione cum Arabibus.*
 CAP.XX. *De secundo introitu Arabum in Hispaniam.*
 CAP.XXI. *De destructione Gotborum, et commendatione Hispaniæ.*
 CAP.XXII. *Deploratio Hispaniæ, et de causa excidii Gotborum.*
 CAP.XXIII. *Qualiter Taric urbes occupavit.*
 CAP.XXIV. *De captione Malacæ, Murciæ, et Granatæ.*

LIBER QUARTUS.

- CAP.I. *De rebellione Pelagii contra Arabes, et de sorore sua, et regno eius.*
 CAP.II. *De introitu Pelagii in caveam, et strage Arabum, et captione Opæ, et morte Alchamam.*
 CAP.III. *De translatione arcæ, et reliquiarum, et sacrorum librorum in Asturias.*
 CAP.IV. *De morte Munucæ, et filiorum Vitizæ, et Comitis Iuliani, et Regis Pelagii.*
 CAP.V. *De regno Fafilæ, et Aldefonsi*

- Catholici, et eorum morte. 79.
 CAP.VI. *De Froila, et operibus eius, et morte.* 80.
 CAP.VII. *De Aurelio, et Silone, et Mauregato, et Veremundo Diacono.* Ibid.
 CAP.VIII. *De Aldefonso Casto, et piis operibus eius.* 81.
 CAP.IX. *De Angelicis aurifificibus, et Bernardo.* 82.
 CAP.X. *De legatione ad Carolum, et victoria Regis Alfonsi.* 83.
 CAP.XI. *De civitatibus Hispaniæ, à quibus acquisitæ.* 84.
 CAP.XII. *De victoriis Alfonsi, et morte eius.* 86.
 CAP.XIII. *De strage Normanorum, et victoriis Ranimiri.* Ibid.
 CAP.XIV. *De Rege Ordonio, et eius magnalibus.* 88.
 CAP.XV. *De Aldefonso Magno, et eius præliis glorioisis.* 89.
 CAP.XVI. *Item de præliis, et piis operibus Aldefonsi.* 91.
 CAP.XVII. *Epistola Ioannis Papæ ad Aldefonsum Regem.* 92.
 CAP.XVIII. *De sublimatione Ovetensis urbis in metropolim, et dedicatione Ecclesiae Sancti Iacobi, et de Concilio Ovetensi.* 93.
 CAP.XIX. *De incarceratione Garsiæ filii Regis, et morte Aldefonsi.* 94.
 CAP.XX. *De præliis Garsiæ, et morte eius.* Ibid.
 CAP.XXI. *De Rege Ordonio, et bellis eius, et de translatione Ecclesiae Legionensis.* 95.
 CAP.XXII. *Item de præliis Ordonii, et uxoribus eius, et captione Magnatum, et morte Regis.* 96.
- LIBER QUINTUS.
- CAP.I. *De Froila, et Iudicibus.* 97.
 CAP.II. *De Nunio Rasura, et filiis eius.* 98.
 CAP.III. *De Comite Sancio, et morte eius.* 99.
 CAP.IV. *De Alphonso, et Ranimiro, et discordia fratrum.* 100.
 CAP.V. *De regno Ranimiri, et rebellione monachi Aldefonsi.* Ibid.
 CAP.VI. *De victoria Ranimiri, et Comitis Fernandi Gundisalvi.* 101.
 CAP.VII. *De proditione Abenaiæ, et victoria Ranimiri.* Ibid.
 CAP.VIII. *Item de præliis Ranimiri,* 102.
 CAP.IX. *De Rege Ordonio, et dissensione cum Castellanis, et morte eius.* Ibid.
 CAP.X. *De Rege Sancio, et Ordonio Malo.* 103.
 CAP.XI. *De Rege Ranimiro, et strage Normanorum.* 104.
- CAP.

| | | | |
|--|-------|--|-------|
| CAP.XII. <i>De vastatione Castellæ, et Zemoræ, et Gallæciæ, et morte Ranimiri.</i> | 105. | <i>et de translatione reliquiarum in regnum suum.</i> | 126. |
| CAP.XIII. <i>De Rege Veremundo, et miraculo tauri.</i> | Ibid. | <i>CAP.XIII. De religiosis actibus Regis Fernandi, et morte eius, et uxoris illius.</i> | 127. |
| CAP.XIV. <i>De insolentiis Veremundi, et uxoribus eius, et de victoria Almanzoris.</i> | 106. | <i>CAP.XIV. De discordia fratrum, et qualiter vicit Sancius Aldefonsum.</i> | 129. |
| CAP.XV. <i>De irruptione Legionis, et Astoricæ.</i> | 108. | <i>CAP.XV. De pugna fratrum, et transi- tu Aldefonsi ad Regem Toleti.</i> | Ibid. |
| CAP.XVI. <i>De morte Almanzor.</i> | Ibid. | <i>CAP.XVI. De venationibus, et prognosticis Aldefonsi.</i> | 130. |
| CAP.XVII. <i>De fuga Abdemelich, et morte Regis Veremundi.</i> | 109. | <i>CAP.XVII. Qualiter regna fratrum Rex Sancius occupavit.</i> | 131. |
| CAP.XVIII. <i>De Aldefonso, et miraculo sororis suæ, et morte Comitis Gar- siæ Fernandi.</i> | 110. | <i>CAP.XVIII. De obsidione Zamoræ, et Sancii Regis morte.</i> | 132. |
| CAP.XIX. <i>De Sancio Comite, et piis operibus Aldefonsi.</i> | 111. | <i>CAP.XIX. De recessu Aldefonsi ab Al- menone, et reditu in terram suam.</i> | Ibid. |
| CAP.XX. <i>De Rege Veremundo, et filia- bus Sancii Comitis Castellani.</i> | Ibid. | <i>CAP.XX. De sublimatione Aldefonsi in Regem, et de uxoribus, et filiabus eius.</i> | 134. |
| CAP.XXI. <i>De ortu, et genealogia Re- gum Navarrensiū.</i> | 112. | <i>CAP.XXI. De virtutibus Aldefonsi.</i> | Ibid. |
| CAP.XXII. <i>De Rege Garsia Enechonis, et filio eius Sancio.</i> | Ibid. | <i>CAP.XXII. De obsidione, et captione ci- vitatis Toletanæ.</i> | 135. |
| CAP.XXIII. <i>De Rege Garsia, qui dictus est Tremulosus.</i> | 113. | <i>CAP.XXIII. De dote Ecclesiæ Toleta- næ.</i> | 136. |
| CAP.XXIV. <i>De Rege Sancio, et gene- rationibus Regum Navarræ.</i> | Ibid. | <i>CAP.XXIV. Quod Mezquita Maurorum facta est Ecclesia Christianorum.</i> | 137. |
| CAP.XXV. <i>De Infante Garsia, qui fuit oceesus in Legione.</i> | 115. | <i>CAP.XXV. De commutatione Officii To- letani.</i> | 138. |
| CAP.XXVI. <i>De divisione regni, et infa- matione Reginæ.</i> | 116. | <i>CAP.XXVI. De schismate Clericorum, et de reditu Primatis, et de bonis viris à Galliis ductis.</i> | 139. |

LIBER SEXTUS.

| | | | |
|---|-------|--|------|
| CAP.I. <i>De Rege Ranimiro, et genea- logia Regum Aragoniæ, et de ca- ptione Oscæ.</i> | 117. | <i>CAP.I. De separatione Regis Arago- num, et Reginæ Castellæ.</i> | 147. |
| CAP.II. <i>De dissensione Aragonensium, et de regno Monachi Ranimiri.</i> | 118. | <i>CAP.II. De victoriis Regis Aragoniæ contra Gallæcos et Castellanos, et morte Comitis Gomitii.</i> | 148. |
| CAP.III. <i>De unione Regni, et Comita- tus Barcinonæ, et filiis Comitis et Reginæ.</i> | 119. | <i>CAP.III. De electione Aldefonsi Regis in Regem.</i> | 149. |
| CAP.IV. <i>De Petro Rege Aragoniæ, et eius morte.</i> | Ibid. | <i>CAP.IV. De magnalibus Regis Alde- fonsi circa principium regni sui.</i> | 151. |
| CAP.V. <i>De Rege Iacobo, et filiis eius, et magnalibus eiusdem.</i> | 120. | <i>CAP.V. CAP.</i> | |
| CAP.VI. <i>De matrimonio Regis Ferdi- nandi cum sorore Veremundi, et de morte Sancii Regis.</i> | 121. | | |
| CAP.VII. <i>De victoria Regis Garsiae contra Regem Ranimirum.</i> | 122. | | |
| CAP.VIII. <i>De morte Regis Veremun- di.</i> | Ibid. | | |
| CAP.IX. <i>De unione regnum Castellæ, et Legionis, et de filiis Regis Fer- nandi.</i> | 123. | | |
| CAP.X. <i>De discordia fratrum, et morte Regis Garsiae.</i> | Ibid. | | |
| CAP.XI. <i>De monarchia Regis Fernan- di, et de acquisitione Portugalliae, et divisione Regnum.</i> | 125. | | |
| CAP.XII. <i>De vastatione regni Toleti,</i> | | | |

LIBER SEPTIMUS.

| | |
|--|------|
| CAP.I. <i>De separatione Regis Arago- num, et Reginæ Castellæ.</i> | 147. |
| CAP.II. <i>De victoriis Regis Aragoniæ contra Gallæcos et Castellanos, et morte Comitis Gomitii.</i> | 148. |
| CAP.III. <i>De electione Aldefonsi Regis in Regem.</i> | 149. |
| CAP.IV. <i>De magnalibus Regis Alde- fonsi circa principium regni sui.</i> | 151. |

- CAP.V. *De ortu et genealogia Regum Portugalliae.* Ibid.
- CAP.VI. *De insignibus præliorum Regis Portugalliae Aldefonsi.* 152.
- CAP.VII. *Quod Imperator divisit imperium filiis suis.* 153.
- CAP.VIII. *De captione Cordubæ.* 154.
- CAP.IX. *De adventu Regis Franciæ in Hispaniam.* Ibid.
- CAP.X. *De ortu Almohadum.* 155.
- CAP.XI. *De captione Beatiæ, et Almaricæ.* 156.
- CAP.XII. *De successione Regis Sancii in Regno Castellæ.* Ibid.
- CAP.XIII. *De restitutione magnatum Legionis per Regem Castellæ.* 157.
- CAP.XIV. *Quod Calatrava data fuit Abbati Fiterensi, et de morte Regis Sancii.* 158.
- CAP.XV. *De Rege Aldefonso, et persecuzione quam ab infantia toleravit, et de nutriciis eius.* 159.
- CAP.XVI. *De dissensione magnatum Castellæ super custodia Regis Castellæ, et de fuga eiusdem in Attentiam.* 160.
- CAP.XVII. *Quod Rex Fernandus obtinuit fere totam Extrematuram.* 161.
- CAP.XVIII. *De commendatione fidei, seu fidelitatis.* 162.
- CAP.XIX. *De Rege Fernando Legionensi, filio Imperatoris.* 163.
- CAP.XX. *De bello eiusdem cum Salamaninis.* 164.
- CAP.XXI. *De succursu civitatis Roderici.* Ibid.
- CAP.XXII. *De bello Fernandi Roderici.* Ibid.
- CAP.XXIII. *De victoriis Regis Fernandi, et morte eius.* 165.
- CAP.XXIV. *De Rege Aldefonso, et eius militia, et filiis.* 166.
- CAP.XXV. *De actibus Aldefonsi Regis Legionensis.* 167.
- CAP.XXVI. *De insignibus nobilis Aldefonsi, et captione Conchæ.* 168.
- CAP.XXVII. *Item de magnalibus, et piis operibus nobilis Aldefonsi.* 169.
- CAP.XXVIII. *De populatione Placentiæ, et exercitu Martini Primatis.* Ibid.
- CAP.XXIX. *De bello Alarcuris.* 170.
- CAP.XXX. *De discidio Regum Legionensis et Navarræ à Rege Aldefonso nobili.* 171.
- CAP.XXI. *Quod Rex Aldefonsus nobilis dedit filiam suam in uxorem Regi Legionensi.* Ibid.
- CAP.XXII. *De captione Victoriae, Gipscuæ, et Ibidæ.* 172.
- CAP.XXIII. *De discidio Didaci Lupi, et obsidione Stellæ, et ædificatione monasterii regalis.* 173.
- CAP.XXIV. *De constructione hospitális, et institutione scholarum, et acquisitione Vasconiæ.* Ibid.
- CAP.XXV. *De captione Salvæterræ.* 174.
- CAP.XXVI. *De condicto bello, et morte Infantis Fernandi.* Ibid.
- LIBER OCTAVUS.
- CAP.I. *De adventu Regum ad urbem regiam.* 176.
- CAP.II. *De adventu ultramontanorum ad bellum.* 177.
- CAP.III. *De concursu Pontificum et magnatum Hispaniæ ad congressum.* Ibid.
- CAP.IV. *De prærogativa virtutum, et largitatis nobilis Aldefonsi.* 178.
- CAP.V. *De processu ad bellum, et captione Malachonis.* 179.
- CAP.VI. *De captione Calatravæ, et discessu ultramontanorum.* 180.
- CAP.VII. *De occupatione montis, unde ad prælium processit Christianorum exercitus.* 182.
- CAP.VIII. *De processu ad locum pugnæ, et occursu Agarenorum.* 183.
- CAP.IX. *De dispositione acierum, et ordinibus bellatorum.* 184.
- CAP.X. *De victoria Christianorum, et strage Saracenorum.* 186.
- CAP.XI. *De magnalibus bellatorum.* 187.
- CAP.XII. *De captione Beatiæ, et Ubertæ, et aliorum castrorum, et reditu exercitus.* 188.
- CAP.XIII. *De captione Alcaratii, et Alcantaræ, et aliorum castrorum, et fædere cum Rege Legionensi.* 189.
- CAP.XIV. *De obsidione Beatiæ, et trégua cum Arabibus, et populatione Miraculi, et peste famis.* 190.
- CAP.XV. *De morte Regis nobilis Aldefonsi.* 191.
- LIBER NONUS.
- CAP.I. *De regno Regis Enrici, et quod fuit Comiti Alvaro deputatus.* 192.
- CAP.II. *De contubernio Regis Enrici, et dominæ Mafaldæ.* 193.
- CAP.III. *De morte nuncii, et captione Montis alacris, et obsidione Villæ albæ.* 194.
- CAP.IV. *De morte Regis Enrici.* 195.
- CAP.V. *Quod Infans Fernandus factus est Rex Castellæ.* 196.
- CAP.VI. *De tumulatione Regis Enrici.* 197.
- CAP.VII. *De largitate Reginæ Verengariæ, et de captione Comitis Alvari.* Ibid.
- CAP.VIII. *Quod Comes Alvarus, et Comes Fernandus restituerunt quædam castra novo Regi.* 198.
- CAP.IX. *De Comitum morte Alvari, et Fernandi.* 199.
- CAP.X. *De laude Regis Fernandi, et eius uxore Beatrice.* Ibid.
- CAP.

| | | | |
|--|------|---|------|
| CAP.XI. <i>De rebellione quorundam magnum, et morte Comitis Gundisalvi.</i> | 200. | <i>Fernandi.</i> | 203. |
| CAP.XII. <i>De filiis Regis, et primis stationibus contra Mauros.</i> | 201. | CAP.XV. <i>De ingressu Legionensi, et concordia Regis cum sororibus.</i> | 204. |
| CAP.XIII. <i>De captione Capellæ, et fundatione Ecclesie Toleti, et Abenbut.</i> | 202. | CAP.XVI. <i>De obsidione et captione Cordubæ.</i> | 205. |
| CAP.XIV. <i>De morte Aldefonsi Regis Legionensis, et successione Regis</i> | | CAP.XVII. <i>De restauratione, et dote Ecclesiae Cordubensis, et campanis relatis ad Sanctum Iacobum.</i> | 206. |
| | | CAP.XVIII. <i>De traductione secundæ uxoris Reginæ Ioannæ.</i> | 207. |

HISTORIA ROMANORUM.

| | | | |
|---|------|--|-------|
| <i>Prologus.</i> | 209. | <i>norum.</i> | 217. |
| CAP.I. <i>De Regibus Latii.</i> | 210. | CAP.VII. <i>De Annibale, et Asdrubale Regibus Pœnorum, et destructione Seguntiae, et strage Romanorum.</i> | Ibid. |
| CAP.II. <i>De adventu Æneæ in Italiam, et regno eius, et de Didone.</i> | 211. | CAP.VIII. <i>Item de victoriis Annibalis, et Asdrubalis, deque victoriis Scipionis.</i> | 218. |
| CAP.III. <i>De victoria Æneæ contra Latinum.</i> | 212. | CAP.IX. <i>De destructione Cartaginis per Scipionem.</i> | 219. |
| CAP.IV. <i>De Ascanio, et Regibus Al- banorum.</i> | 214. | CAP.X. <i>De Pompeio, et Julio Cæsare.</i> | 220. |
| CAP.V. <i>De creatione Senatorum, et milium, et Regibus Romanorum.</i> | 215. | | |
| CAP.VI. <i>De creatione Consulum Roma-</i> | | | |

HISTORIA OSTROGOTHORUM.

| | | | |
|---|-------|--|-------|
| <i>Prologus.</i> | 224. | CAP.III. <i>De Theodorici hæresi, et morte eius.</i> | Ibid. |
| CAP.I. <i>De Regibus Ostrogothorum, et de actibus Theodorici.</i> | Ibid. | CAP.V. <i>De Gutide, et successoribus eius.</i> | 227. |
| CAP.II. <i>De Odoacre, et morte eius.</i> | 225. | CAP.VI. <i>De Totila, et actibus eius.</i> | 228. |
| CAP.III. <i>De regno Theodorici in Italiæ.</i> | 226. | | |

*HISTORIA HUNNORUM, VANDALORUM,**SUEVORUM, ALANORUM, ET SILINGUORUM.*

| | | | |
|--|-------|---|-------|
| <i>Prologus.</i> | 229. | CAP.VIII. <i>De transitu Vandalarum in Siciliam, et vastatione urbis.</i> | 236. |
| CAP.I. <i>De origine Hunnorum.</i> | Ibid. | CAP.IX. <i>De Hugnerico.</i> | 237. |
| CAP.II. <i>De Honoria, et morte Attilæ.</i> | 232. | CAP.X. <i>De Gutamundo, et Thrasamundo.</i> | Ibid. |
| CAP.III. <i>De Vandals.</i> | Ibid. | CAP.XI. <i>De Historia Alanorum.</i> | 238. |
| CAP.IV. <i>Quod Barbari à Pannonia in Gallias transfugerunt.</i> | 233. | CAP.XII. <i>De regno Suevorum.</i> | 239. |
| CAP.V. <i>De introitu Barbarorum in Hispaniam.</i> | Ibid. | CAP.XIII. <i>De Rechiario, et morte eius.</i> | Ibid. |
| CAP.VI. <i>De regno, et fuga Vandalarum, et primo introitu Gotborum.</i> | 234. | CAP.XIII. <i>De Suevorum Regibus.</i> | 240. |
| CAP.VII. <i>De Giserico, et transitu eius in Africam.</i> | 235. | CAP.XIV. <i>De Miro, et fine regni Suevorum.</i> | 241. |
| | | CAP.XV. <i>De Silinguis.</i> | Ibid. |

HISTORIA ARABUM.

| | | | |
|--|-------|--|-------|
| <i>Prologus.</i> | 242. | CAP.III. <i>De victoria Machometi contra Romanos.</i> | 245. |
| CAP.I. <i>De origine, et exordio Machometi.</i> | Ibid. | CAP.V. <i>De sublimatione Machometi in Regem, et de visionibus mendaciter excogitatis.</i> | Ibid. |
| CAP.II. <i>De instructione, et prima ostensione Machometi.</i> | 243. | CAP.VI. <i>De disceptatione legis cum Coraxinis, et morte eius.</i> | 248. |
| CAP.III. <i>De prædicatione, et rebellione eiusdem.</i> | 244. | | |

| | | | |
|--|-------|---|-------|
| CAP.VII. <i>De Abubacar, Omar, et Moabia, et eorum præliis.</i> | Ibid. | CAP.XXI. <i>De regno Abderramen, et Albacam.</i> | Ibid. |
| CAP.VIII. <i>De Izit, et Maula, et Abdælmeлиc filio eius, et victoriis eorum.</i> | 249. | CAP.XXII. <i>De Issem, et de eius Albagib Almanzor, et Abdælmeлиch.</i> | 269. |
| CAP.IX. <i>De Ulit.</i> | 250. | CAP.XXIII. <i>De intestinis discidiis super regimine principatus.</i> | 270. |
| CAP.X. <i>De morte Muzæ, et Ulit, et regno Zuleman, et morte eius.</i> | 251. | CAP.XXIV. <i>De adventu Comitis Sancii in auxilium Zuleme, et de victoria habita contra Almabadi.</i> | 271. |
| CAP.XI. <i>De Izit, et Izit, et obsidione Tolosæ, et principatu Ambizæ.</i> | 252. | CAP.XXV. <i>Quod Almabadi devicit Zuleman, et obtinuit regnum eius.</i> | 272. |
| CAP.XII. <i>De regno Hyscam.</i> | 253. | CAP.XXVI. <i>De proditione Eunuchorum, et morte Almabadi.</i> | 273. |
| CAP.XIII. <i>De Zath, et Abdalla, et Abderramen, et eius victoriis.</i> | 254. | CAP.XXVII. <i>Quod Issem secundo regnavit, et de insolentiis Barbariorum.</i> | 274. |
| CAP.XIV. <i>De morte Abderramen, et fuga suorum, et Carolo Martello.</i> | 256. | CAP.XXVIII. <i>De confœderatione inter Issem, et Comitem Sancium, datis Castris.</i> | 275. |
| CAP.XV. <i>De Abdælmeлиc, et Ocha.</i> | Ibid. | CAP.XXIX. <i>De rebellione Toletanorum, et discursu Barbariorum.</i> | Ibid. |
| CAP.XVI. <i>De insolentiis Hyscam, et infelicitate eius, et de Belgî, et morte Abdælmeлиc.</i> | 257. | CAP.XL. <i>Quod Zuleman Cordubam acquisivit, et de fuga Issem in Africam.</i> | 276. |
| CAP.XVII. <i>De Alulit Pulchro, et Abulcatař, et Thobam.</i> | 258. | CAP.XLI. <i>De regno Zuleman, et discidiis intestinis.</i> | Ibid. |
| CAP.XVIII. <i>De Abdalla, Benallabeci, et Abderramen.</i> | 259. | CAP.XLII. <i>De regno Haly, et morte Zuleman.</i> | 277. |
| CAP.XIX. <i>De Issem.</i> | 261. | CAP.XLIII. <i>De rebellione Hayram, et morte Haly.</i> | 278. |
| CAP.XX. <i>De actibus Issem.</i> | Ibid. | CAP.XLIV. <i>De regno Alcazim.</i> | Ibid. |
| CAP.XXI. <i>De prognostico mortis eius.</i> | 262. | CAP.XLV. <i>De regno Hyahye.</i> | 279. |
| CAP.XXII. <i>De morte Issem, et regno Albacam.</i> | Ibid. | CAP.XLVI. <i>De regno Mahomat, et Hyahye, et eorum discidiis, et de Idriz.</i> | 280. |
| CAP.XXIII. <i>De rebellione Toletanorum.</i> | 263. | CAP.XLVII. <i>De schismatibus, et dissidiis citra mare.</i> | 281. |
| CAP.XXIV. <i>De cæde Toletanorum.</i> | Ibid. | CAP.XLVIII. <i>De regno Almoravidum in Hispania, et de morte Abenabebth.</i> | 282. |
| CAP.XXV. <i>De victoriis Albacam, et morte eius.</i> | 264. | CAP.XLIX. <i>De monarchia Yuceph citra mare et ultra mare.</i> | Ibid. |
| CAP.XXVI. <i>De regno Abderramen, et navibus adventitiis.</i> | 265. | | |
| CAP.XXVII. <i>De morte Abderramen, et regno Mahomat.</i> | 266. | | |
| CAP.XXVIII. <i>De navibus Normanorum.</i> | 267. | | |
| CAP.XXIX. <i>Item de rebellione Toletanorum, morte Mahomat, et regno Almondar.</i> | Ibid. | | |
| CAP.XXX. <i>De regno Abdallæ.</i> | 268. | | |

APPENDIX PRIMA.

SERIES REGUM HISPAÑIAE.

| | | | |
|---|-------|--|-------|
| 1. <i>Atbaulphus, et Placidia.</i> | 284. | 15. <i>Liuba I.</i> | Ibid. |
| 2. <i>Sigericus.</i> | Ibid. | 16. <i>Leovigildus, et Rinchildis, et Gosvinta.</i> | Ibid. |
| 3. <i>Walia.</i> | Ibid. | 17. <i>Reccaredus, et Ringuntis, et Clodovinda, et Badona.</i> | 288. |
| 4. <i>Theodoreus.</i> | Ibid. | 18. <i>Liuba II.</i> | 289. |
| 5. <i>Turismundus.</i> | Ibid. | 19. <i>Witericus.</i> | Ibid. |
| 6. <i>Theodoricus.</i> | 285. | 20. <i>Gundemarus, et Hildaуra.</i> | Ibid. |
| 7. <i>Euricus.</i> | Ibid. | 21. <i>Sisebutus.</i> | Ibid. |
| 8. <i>Alaricus, et Theudicusa.</i> | Ibid. | 22. <i>Reccaredus II.</i> | Ibid. |
| 9. <i>Gesalicus.</i> | 286. | 23. <i>Suintila, et Theodora.</i> | Ibid. |
| 10. <i>Amalaricus, et Clotildis.</i> | Ibid. | 24. <i>Sisenandus.</i> | 290. |
| 11. <i>Theudius, seu Theudis.</i> | Ibid. | 25. <i>Chintila.</i> | Ibid. |
| 12. <i>Theudislaus, sive Theodislaus.</i> | Ibid. | 26. <i>Tulga.</i> | Ibid. |
| 13. <i>Agila.</i> | 287. | | |
| 14. <i>Athanagildus.</i> | Ibid. | | |

| | | | |
|---|-------|---|-------|
| 27. <i>Chindasvintus</i> , et <i>Reciberga</i> . | Ibid. | 60. <i>Urraca</i> , et <i>Alfonsus VII.</i> et <i>Berengaria</i> , et <i>Rica</i> . | 305. |
| 28. <i>Reccesvintus</i> . | 291. | 61. <i>Sancius II.</i> et <i>Blanca</i> . | 306. |
| 29. <i>Wamba</i> . | Ibid. | 62. <i>Alfonsus VIII.</i> et <i>Eleonor</i> . | Ibid. |
| 30. <i>Ervigius</i> , et <i>Liubigotona</i> . | 292. | 63. <i>Enricus I.</i> et <i>Mafalda</i> . | 307. |
| 31. <i>Egica</i> , et <i>Cixilona</i> . | Ibid. | 64. <i>Ferdinandus II.</i> et <i>Urraca</i> , et <i>Theresia</i> , et <i>Urraca de Haro</i> . | Ibid. |
| 32. <i>Witiza</i> . | 293. | 65. <i>Alfonsus IX.</i> et <i>S. Theresia</i> , et <i>Berengaria</i> . | 308. |
| 33. <i>Rodericus</i> , et <i>Egilona</i> . | Ibid. | 66. <i>S. Ferdinandus III.</i> et <i>Beatrix</i> , et <i>Ioanna</i> . | 309. |
| 34. <i>Pelagius</i> , et <i>Gaudiosa</i> . | Ibid. | 67. <i>Alfonsus X.</i> et <i>Violantis</i> . | 310. |
| 35. <i>Favila</i> , et <i>Froiliuba</i> . | 294. | 68. <i>Sancius IV.</i> et <i>Maria</i> . | Ibid. |
| 36. <i>Alfonsus</i> , et <i>Ermisenda</i> . | Ibid. | 69. <i>Ferdinandus IV.</i> et <i>Constancia</i> . | 311. |
| 37. <i>Froila I.</i> et <i>Nunia</i> . | Ibid. | 70. <i>Alfonsus XI.</i> et <i>Constancia</i> , et <i>Maria</i> . | Ibid. |
| 38. <i>Aurelius</i> . | 295. | 71. <i>Petrus</i> , et <i>Blanca</i> , et <i>Maria</i> , et <i>Ioanna</i> . | 312. |
| 39. <i>Silus</i> , et <i>Adosinda</i> . | Ibid. | 72. <i>Enricus II.</i> et <i>Ioanna</i> . | 313. |
| 40. <i>Mauregatus</i> , et <i>Creusa</i> . | Ibid. | 73. <i>Ioannes I.</i> et <i>Eleonor</i> , et <i>Beatrix</i> . | Ibid. |
| 41. <i>Beremundus I.</i> et <i>Ozenda</i> . | 296. | 74. <i>Enricus III.</i> et <i>Catbarina</i> . | 314. |
| 42. <i>Alfonsus II.</i> et <i>Berta</i> , sive <i>Bertinalda</i> . | Ibid. | 75. <i>Ioannes II.</i> et <i>Maria</i> , et <i>Elisabetha</i> . | Ibid. |
| 43. <i>Ranimirus I.</i> et <i>Paterna</i> , et <i>Urraca</i> . | Ibid. | 76. <i>Enricus IV.</i> et <i>Blanca</i> , et <i>Ioanna</i> , et <i>Ioanna</i> . | 315. |
| 44. <i>Ordonius</i> , et <i>Nunia</i> . | 297. | 77. <i>Ferdinandus V.</i> et <i>Elisabetha</i> . | 316. |
| 45. <i>Alfonsus III.</i> et <i>Ximenia</i> . | Ibid. | 78. <i>Philippus I.</i> et <i>Ioanna</i> . | 317. |
| 46. <i>Garcia</i> , et <i>Nunia</i> . | Ibid. | 79. <i>Carolus I.</i> et <i>Elisabetha</i> . | 318. |
| 47. <i>Ordonius II.</i> et <i>Elvira</i> , et <i>Argonta</i> , et <i>Sancia</i> . | Ibid. | 80. <i>Philippus II.</i> et <i>Maria</i> , et <i>Elisabetha</i> , et <i>Anna</i> . | Ibid. |
| 48. <i>Froila II.</i> et <i>Nunilona Ximenia</i> , et <i>Urraca</i> . | 298. | 81. <i>Philippus III.</i> et <i>Margarita</i> . | 320. |
| 49. <i>Alfonsus IV.</i> et <i>Ximenia</i> . | 299. | 82. <i>Philippus IV.</i> et <i>Elisabetha</i> , et <i>Maria</i> . | Ibid. |
| 50. <i>Ranimirus II.</i> et <i>Urraca Theresia</i> . | Ibid. | 83. <i>Carolus II.</i> et <i>Maria</i> , et <i>Maria Anna</i> . | 321. |
| 51. <i>Ordonius III.</i> et <i>Urraca</i> , et <i>Elvira</i> . | 300. | 84. <i>Philippus V.</i> et <i>Maria</i> , et <i>Elisabetha</i> . | Ibid. |
| 52. <i>Sancius I.</i> et <i>Theresia</i> . | Ibid. | 85. <i>Ludovicus I.</i> et <i>Ludovica</i> . | 322. |
| 53. <i>Ranimirus III.</i> et <i>Urraca</i> . | 301. | 86. <i>Ferdinandus VI.</i> et <i>Maria Barbara</i> . | 323. |
| 54. <i>Beremundus II.</i> et <i>Velasquita</i> , et <i>Elvira</i> . | Ibid. | 87. <i>Carolus III.</i> et <i>Maria Amalia</i> . | Ibid. |
| 55. <i>Alfonsus V.</i> et <i>Elvira</i> . | 302. | 88. <i>Carolus IV.</i> et <i>Aloysia</i> . | 324. |
| 56. <i>Beremundus III.</i> et <i>Ximenia</i> . | Ibid. | | |
| 57. <i>Ferdinandus I.</i> et <i>Sancia</i> . | Ibid. | | |
| 58. <i>Sancius I.</i> et <i>Alberta</i> , et <i>Urraca</i> . | 303. | | |
| 59. <i>Alfonsus VI.</i> et <i>Agnes</i> , et <i>Constantia</i> , et <i>Berta</i> , et <i>Elisabetha</i> , et <i>Agnes Beatrix</i> , et <i>Urraca</i> , et <i>Sancia</i> . | Ibid. | | |

CONCILIA TOLETANA IN EPITOMEN REDACTA.

| | | | |
|------------------------|-------|--|-------|
| <i>Concilium I.</i> | 325. | <i>Concilium XIII.</i> | 337. |
| <i>Concilium II.</i> | 326. | <i>Concilium XIV.</i> | Ibid. |
| <i>Concilium III.</i> | 327. | <i>Concilium XV.</i> | 338. |
| <i>Concilium IV.</i> | 329. | <i>Concilium XVI.</i> | Ibid. |
| <i>Concilium V.</i> | 333. | <i>Concilium XVII.</i> | Ibid. |
| <i>Concilium VI.</i> | 334. | <i>Concilium XVIII.</i> | 339. |
| <i>Concilium VII.</i> | Ibid. | <i>Concilia Toletana extra numerum invasionem Arabum præcedentia.</i> | Ibid. |
| <i>Concilium VIII.</i> | Ibid. | <i>Concilia celebrata à Præsulibus Toletanis in civitate Toletana, et in aliis Provinciis post Maurorum expulsionem.</i> | 340. |
| <i>Concilium IX.</i> | 335. | | |
| <i>Concilium X.</i> | Ibid. | | |
| <i>Concilium XI.</i> | 336. | | |
| <i>Concilium XII.</i> | Ibid. | | |

*CATALOGUS PRÆSULUM ECCLESIAE TOLETANÆ
HIS PANIARUM PRIMATIS.*

| | | | |
|--------------------------------------|-------|--|------|
| <i>S. Eugenius I.</i> | 345. | <i>Raymundus I.</i> | 352. |
| <i>2. Melancius.</i> | 53. | <i>Ioannes II.</i> | |
| <i>3. Pelagius.</i> | 54. | <i>Cerebrunus.</i> | |
| <i>4. Patrunus.</i> | 55. | <i>Petrus III.</i> | |
| <i>5. Turibius.</i> | 56. | <i>Gundisalvus I.</i> | |
| <i>6. Quintus.</i> | 57. | <i>Martinus II.</i> | |
| <i>7. Vincentius.</i> | 58. | <i>Rodericus I.</i> | |
| <i>8. Paulatus.</i> | 59. | <i>Ioannes III.</i> | |
| <i>9. Natalis.</i> | 60. | <i>Guterrius I.</i> | |
| <i>10. Audencius.</i> | 61. | <i>Sancius I.</i> | |
| <i>11. Asturius.</i> | 62. | <i>Dominicus Paschasius I.</i> | 354. |
| <i>12. Isicius.</i> | 63. | <i>Sancius II.</i> | |
| <i>13. Martinus.</i> | 64. | <i>Ferdinandus I.</i> | |
| <i>14. Castinus.</i> | 65. | <i>Gundisalvus II.</i> | |
| <i>15. Campeius.</i> | 66. | <i>Gundisalvus III.</i> | 355. |
| <i>16. Sinticius.</i> | 67. | <i>Guterrius II.</i> | |
| <i>17. Praumatus.</i> | 68. | <i>Ioannes IV.</i> | |
| <i>18. Petrus I.</i> | 69. | <i>Eximinus de Luna.</i> | |
| <i>19. Celsus.</i> | 70. | <i>Ægidius Albornozius.</i> | |
| <i>20. Montanus.</i> | 71. | <i>Gundisalvus IV.</i> | 356. |
| <i>21. Julianus I.</i> | 72. | <i>Blasius, seu Bascus.</i> | |
| <i>22. Bacauda.</i> | 73. | <i>Gomezius Manrique.</i> | |
| <i>23. Petrus II.</i> | 74. | <i>Petrus Tenorius IV.</i> | |
| <i>24. Euphemius.</i> | 75. | <i>Petrus de Luna V.</i> | |
| <i>25. Exuperius.</i> | 76. | <i>Sancius III.</i> | 357. |
| <i>26. Conancius.</i> | 77. | <i>Ioannes V.</i> | |
| <i>27. Adelphius.</i> | 78. | <i>Ioannes VI.</i> | |
| <i>28. Aurasius.</i> | 79. | <i>Guterrius III.</i> | |
| <i>29. S. Helladius.</i> | 80. | <i>Alfonsus II.</i> | 358. |
| <i>30. Iustus.</i> | 81. | <i>Petrus V.</i> | |
| <i>31. Eugenius II.</i> | 82. | <i>Franciscus I.</i> | |
| <i>32. S. Eugenius III.</i> | 83. | <i>Guillielmus I.</i> | 359. |
| <i>33. S. Ildephonsus.</i> | 84. | <i>Alphonsus II.</i> | |
| <i>34. Quiricus.</i> | 85. | <i>Ioannes VII.</i> | |
| <i>35. S. Julianus II.</i> | 86. | <i>Ioannes VIII.</i> | |
| <i>36. Sisbertus.</i> | 87. | <i>Bartholomæus I.</i> | 360. |
| <i>37. Felix.</i> | 88. | <i>Gaspar I.</i> | |
| <i>38. Gundericus.</i> | 89. | <i>Albertus I.</i> | |
| <i>39. Sinderetus.</i> | 90. | <i>Garsias I.</i> | 361. |
| <i>40. Urbanus.</i> | 91. | <i>Bernardus II.</i> | |
| <i>41. Sunieretus.</i> | 92. | <i>Ferdinandus II.</i> | |
| <i>42. Concordius.</i> | 93. | <i>Gaspar II.</i> | |
| <i>43. Cixilla.</i> | 94. | <i>Balthasar I.</i> | 362. |
| <i>44. Elipandus.</i> | 95. | <i>Paschalis II.</i> | |
| <i>45. Gumesindus.</i> | 96. | <i>Ludovicus Emmanuel I.</i> | |
| <i>46. Wistremirus.</i> | 97. | <i>Franciscus II.</i> | |
| <i>47. S. Eulogius.</i> | 98. | <i>Didacus I.</i> | |
| <i>48. Bonitus.</i> | 99. | <i>Ludovicus Antonius II.</i> | 363. |
| <i>49. Ioannes I.</i> | 100. | <i>Ludovicus Antonius III.</i> | |
| <i>50. Paschalis.</i> | 101. | <i>Franciscus Antonius.</i> | |
| <i>51. Bernardus.</i> | Ibid. | | |

APPENDIX SECUNDA.

DESCRIPTIO TEMPLI TOLETANI.

| | | | |
|---|-------|--|-------|
| <i>Præfatio Alfonsi Cedilii ad lectorem.</i> | 367. | CAP.XXIV. <i>De exteriori Sacrario.</i> | 417. |
| <i>Præfatio Blasii Ortizii ad Philippum Hispaniarum Principem.</i> | 371. | CAP.XXV. <i>De interiori Sacrario, reliquiis, ac ornamentis, quæ in eo habentur.</i> | 419. |
| CAP.I. <i>De origine ac fundatione Toleti, et eius ubertate ac temperamento.</i> | 375. | CAP.XXVI. <i>De iis, quæ inter Sacrum, et capellam, quæ dicitur novorum Regum, continentur.</i> | 427. |
| CAP.II. <i>De exordio Christianæ religionis in Ecclesia Toletana per Dium Eugenium eius primum Pontificem.</i> | 378. | CAP.XXVII. <i>De Sacello, quod novorum Regum appellatur.</i> | 429. |
| CAP.III. <i>De Æra Cæsaris, et eius supputatione digressio.</i> | 379. | CAP.XXVIII. <i>De Sacello Beati Iacobi.</i> | 433. |
| CAP.III. <i>De creatione Bernardi, primi Archiepiscopi post Toletum culti Christiano redditam; atque consecratione et dedicatione, præterea primatu, ac dominio huius sacri Templi.</i> | 382. | CAP.XXIX. <i>De Sacello S. Alphonsi.</i> | 434. |
| CAP.V. <i>De huius sacræ Basilicæ fundamento in forma qua nunc inspicitur, ac prima eiusdem dotis constitutione.</i> | 385. | CAP.XXX. <i>De Sacello SS. Trinitatis.</i> | 435. |
| CAP.VI. <i>De Sacramento Eucharistiae, ac eius custodia.</i> | 386. | CAP.XXI. <i>De capella S. Nicolai.</i> | Ibid. |
| CAP.VII. <i>De huius almæ Ecclesiæ ministris, eorumdemque ornatu, sacroque cultu.</i> | 387. | CAP.XXXII. <i>De capitulo, seu conclavi, ubi Archipræsul et Canonici congregantur.</i> | 436. |
| CAP.VIII. <i>De musica.</i> | 389. | CAP.XXXIII. <i>De nominibus Archiepiscoporum huius sacri Templi usque ad nostra tempora.</i> | 437. |
| CAP.IX. <i>De admiranda Virginis descentione in hanc sacram ædem, D. Ildephonso Sacellano suo vestem è cælo afferentis.</i> | 392. | CAP.XXXIV. <i>De concionibus, quæ in hoc sacrosanto Templo habentur.</i> | 439. |
| CAP.X. <i>De peculiaribus Sanctis huius almæ Ecclesiæ urbis provinciæque Toletanæ patronis.</i> | 397. | CAP.XXXV. <i>De Sacellis Divorum Ægidii, Ioannis Baptistæ, ac Beatæ Annæ matris sanctissimæ Virginis Mariæ.</i> | 441. |
| CAP.XI. <i>De D. Eugenio, et exordio fidei orthodoxæ in alma Ecclesia Toletana.</i> | Ibid. | CAP.XXXVI. <i>De Sacello Regum veterum nuncupato.</i> | 442. |
| CAP.XII. <i>De Beata Leocadia.</i> | 398. | CAP.XXXVII. <i>De capella Sanctæ Luciæ.</i> | 444. |
| CAP.XIII. <i>De Beato Helladio.</i> | 399. | CAP.XXXVIII. <i>De Sacello Divi Eugenii.</i> | 447. |
| CAP.XIV. <i>De Beato Ildephonso, et eius corporis inventione.</i> | 400. | CAP.XXXIX. <i>De capella S. Martini.</i> | Ibid. |
| CAP.XV. <i>De Beato Iuliano.</i> | 403. | CAP.XL. <i>De Sacello Conceptionis Intemeratae Virginis.</i> | 448. |
| CAP.XVI. <i>De Beato Petro, Archidiacono Toletano.</i> | 404. | CAP.XLI. <i>De Sacello Epiphaniæ.</i> | Ibid. |
| CAP.XVII. <i>De ornatu ac venustate altaris chorique maioris.</i> | 405. | CAP.XLII. <i>De capella Mozarabum, et horum sacrorum origine.</i> | 449. |
| CAP.XVIII. <i>De choro beneficiatorum.</i> | 407. | CAP.XLIII. <i>De Sacello S. Ioannis Baptistæ.</i> | 455. |
| CAP.XIX. <i>Descriptio clathri qui est ante chorum Eucharistiae.</i> | 410. | CAP.XLIV. <i>De Sacello Crucifixi, alias dominæ Theresæ de Haro.</i> | Ibid. |
| CAP.XX. <i>Descriptio clathri pro choro beneficiariorum.</i> | 413. | CAP.XLV. <i>De ara del antigua vulgo appellata.</i> | 456. |
| CAP.XXI. <i>De pavimento et apsidibus Ecclesiæ, eiusque vitreis fenestris.</i> | 414. | CAP.XLVI. <i>De Sacello baptismatis.</i> | 457. |
| CAP.XXII. <i>De imagine equestri Stephani Illán in fornice Ecclesiæ depicta.</i> | 415. | CAP.XLVII. <i>De Sacello Sanctæ Mariæ de Pietate.</i> | 458. |
| CAP.XXIII. <i>De ostiis huius sacri Templi.</i> | Ibid. | CAP.XLVIII. <i>De parochia Sancti Petri.</i> | 459. |
| | | CAP.XLIX. <i>De capellis chororum beneficiariorum circumstantibus, ac primo de Sacello Sanctæ Mariæ Magdalena.</i> | 462. |
| | | CAP.L. <i>De Sacello Beatæ Elisabeth de Ungaria.</i> | 463. |
| | | CAP.LI. <i>De Sacello Sanctæ Catharinæ.</i> | Ibid. |
| | | CAP.LII. <i>De ara Divæ Mariæ, quæ Hispane del Strella dicitur.</i> | Ibid. |
| | | CAP.LIII. <i>De altari depositionis Sanctissimi Corporis Iesu à cruce.</i> | 464. |
| | | CAP.LIV. <i>De Sacello D. Michaelis.</i> | Ibid. |
| | | CAP. | |

- CAP.LV. *De Sacello Beati Petri Oxfordensis.* Ibid.
 CAP.LVI. *De ædicula, quæ Dominici Sepulcri dicitur.* Ibid.
 CAP.LVII. *De ædicula Virginis Matris descensioni sacra, et oratoriis huius Ecclesiæ pilis adhærentibus.* 465.
 CAP.LVIII. *De educatione infantium expositorum.* 466.
 CAP.LIX. *De claustræ descriptione usque ad domini Petri Tenorii Sacellum.* 467.
 CAP.LX. *De Sacello domini Petri Tenorii Toletani Antistitis, et eius præclaris operibus.* 469.
 CAP.LXI. *De numero beneficiatorum.* 470.
 CAP.LXII. *De ultima claustræ descriptione.* 471.
- CAP.LXIII. *De exteriori turris descriptione.* 475.
 CAP.LXIV. *De interiori turris descriptione, et cymbalorum nominibus.* 476.
 CAP.LXV. *De palatiis Archiepiscopalibus, et aula Conciliorum appellata.* 478.
 CAP.LXVI. *De Conciliis Toletanis.* 479.
 CAP.LXVII. *De officialibus tam capituli quam fabricæ bius almæ Ecclesiæ.* 481.
 Index parochiarum, ædium sacrarum, cœnobiorum, xenodochiorum, et confraternitatum pientissimæ urbis Toletanae. 486.
 Index locorum quorum fit mentio in novem de rebus Hispaniae libris. 495.
 Addenda et corrigenda. 507.



VITA DOMINI RODERICI, ARCHIPRÆSULIS TOLETANI.



Odericus in oppido Pontis Reginæ in regno Navarræ natus est post annum 1170, et (ut fertur) circa annum 1180. Parentes, secundum omnes Historiographos Hispanos, illi assignantur Ximenius *Perez de Rada*, et Eva *de Finojosa*, soror S. Martini, qui primus Abbas fuit Hortensis monasterii ordinis Cisterciensis, et postea Episcopus Seguntinus.

Utroque genere, paterno et materno, clarissimus fuit noster Rodericus. Nam Ximenius, illius pārens, fuit filius Petri *de Rada et Tizon*, et Todæ, dominorum vilarum *de Cadreita* in regno Navarræ, et *de Cornago* in Castella: atque Eva, mater eius, filia fuit Michaelis *Muñoz de Finojosa*, et Sanciæ *Gomez*, qui domini erant oppidorum *de Cantabor, Bliecos, Boñices*, aliarumque hereditatum in Oxomensi Diœcesi.

Primis annis pueritiæ transactis, Rodericus Bononiam, ut Philosophiam et Theologiam addisceret, à parentibus missus, deinde Lutetiam Parisiorum translatus fuit; annoque 1201. Parisiis commoratum fuisse constat: unde, omnigena eruditio refertus, in Hispaniam revertens, cum inter Reges Castellæ, Navarræ, et Legionis, non levæ discordiæ exortæ fuissent, ad eas dirimendas arcessitur: quod, adprobantibus Regibus, omniumque plausu peregit.

His permotus meritis Alphon-

sus VIII, Rex Castellæ, præclarum adeo virum, professioni ecclesiasticæ dicatum, promovere desiderans, mortuo domino Didaco *de Acebes*, Episcopo Oxomensi, ad hanc Sedem Rodericum evehi curavit circa finem anni 1207, vel initio sequentis: quam Cathedram Episcopalem, electus tantummodo, brevi tempore obtinuit; siquidem, eodem Rege procurante, Archiepiscopus Toletanus paulo post renuntiatus est, cuius electionem Innocentius Papa III. anno 1210. confirmavit. Enimvero, quod alicubi reperimus scriptum, dominum scilicet Rodericum Segunciæ Episcopum consecratum fuisse, manifestus est error, ex identitate nominis alterius Episcopi, qui circa hoc tempus prædictæ Ecclesiæ præerat, proveniens.

In Sede Toletana constitutus, statim indicia certa præbuit futurum esse Præsulem vigilantissimum æquè ac beneficum parentem omnium; omnibus enim auxiliis, quot et amplissima dignitas, et sollertissima prudentia sua illi suppeditabat, non nisi ad populi utilitatem, salutemque fuit usus. Quod ei præsertim facilius fuit propter auctoritatem, qua apud Regem Alphonsum pollebat, quem, suis consiliis iuvando, ad meliora semper adhortabatur. Ita factum est ut in præclaris Alphonsi gestis, quæ plurima sane fuere, Rodericus præcipuas partes habuerit, omniaque illum commendent. Illud

ve-

vero in primis, quod de gymnasiiis publicis erigendis curaverit. Nam cum Hesperia nostra Arabum irruptione vastata, desolata, ignorantiæque tenebris densissimis esset involuta, ita ut non tantum populus, sed etiam cleris inscitia maxima laboraret, fidelium grecorum Rectoribus careret, et idonei Magistri, qui in scientiis adipiscendis iuvenibus facem præferrent, aut nulli, aut pauci admodum invenirentur; Rodericus dolens huiusmodi ignorantiam, malaque universa, quæ illam necessario consequuntur, Alfonso Regi auctor fuit, ut Academiam publicam in civitate Palentina erigeret, optimosque Magistros inibi constitueret. Quod si Rex Alphonsus ea de re, tamquam de Hispania optimè meritus, iure laudatur, quid de Roderico nostro sentendum sit, ex dictis facile poterit lector coniicere.

Præclarum aliud Alphonsi facinus, ut cetera omittamus (nec enim animus est omnia persequi), insignis fuit victoria è Mauris reportata in montibus Marianis prope locum, quem *Navas de Tolosa* vocant, miraculosa sanè. Nam XVI. calendas Augusti, anno Domini 1212, cum ingenti Saracenorū copia collatis signis, adstantibusque Alphonso Castellæ, Petro Aragoniæ, et Sancio Navarræ Regibus, placato prius ieuniis ac piis precibus divino Numine, atque exercitu sacra Exomologesi et Eucharistia expiato, adeo feliciter dicatum est, ut ducenta Arabum millia cæsa memorentur, cum quinque tantum et viginti milites ex nostris desiderati fuerint. Crux etiam quæ ante Rodericum Archi-

episcopum à Dominico Paschasio, canonico Toletano, deferebatur, per confertissimos hostium cuneos divinitus illæsa penetravit, et usque in hodiernum diem in Ecclesia parochiali *de Vilches*, non longe à præfato loco, magna veneratione asservatur, et colitur. In hoc igitur prælio Rodericum præcipuas pastoralis munera partes egisse, nemo est, qui inficietur, cum in administranda Eucharistia ante initum certamen, tum in adhortandis militibus ad pugnam, ac denique in erigendo animo Regis Alphonsi, à cuius latere non recessit. Percelebres sine dubio fuerunt victoriæ à Rege Pelagio, in montibus Asturum obsesso, à Ranimiro Rivogiae prope Clavigium, ab aliisque Legionis Regibus obtentæ; sed hanc ad *Navas de Tolosa* partam profecto consecutum est, ut subsequenti tempore Hispalis à S. Ferdinandu, regnum Murciæ, Gienñii, aliæque insignes civitates à S. Ferdinandu, ab Alphonsis X. et XI. expugnarentur; et denique à Catholicis Regibus, Ferdinando et Elisabetha, è Granata et eius regno iugum Mahometricum penitus excuteretur.

Cuius propterea victoriæ ne umquam in Hispania nostra memoria deleretur, festum quotannis celebrandum sub titulo Triumphi S. Crucis institutum est, quo recurrente, vexilla, eo in bello Mauris adempta, omnium conspectui exhibentur; quæ quidem, sicut et alia insignia ab Alphonso XI. in flumine salso prope Tarifam, tum à Philippo II, domino Ioanne de Austria duce, in insulis Echinadis, seu *de Lepanto*, ac demum Oranii, ali-

bique capta , Ecclesia Toletana cu-
stodit.

Lætus ergo Rodericus tam præ-
claro Crucis triumpho , in sedem
suam reversus , Deoque gratias
agens , officii pastoralis onus cumu-
latissime adimplevit : Paroeciarum
curam gessit : optimos ministros
instituit . Collegiatam insignem Ta-
labricensem erexit , redditibus assi-
gnatis , qui ministris , ad divinum
cultum in ea constitutis , necessaria
vitæ subsidia præberent : fidei de-
positum illibatum custodiens , col-
lapsam disciplinam restauravit :
omnibus omnia factus , verbo et
exemplo exhortans , fidelissimum
se exhibuit gregis sui pastorem .

His licet curis intentus , aliis ta-
men necessitatibus sollerter sub-
venire satagebat : mira etenim in
eo caritas , et in pauperes miseri-
cordia eluxit , lubentissime omnia,
quæ illi supererant , elargiens ; fa-
mis præsertim tempore , quo eius
animus , et opes in omnes diffun-
debantur : quod ponderans cl. Ma-
riana , paucis verbis eximiam ipsius
caritatem complexus est , asserens ,
Præsulem Rodericum in sublevan-
dis egenis primas partes egisse . Ob
hæc publica beneficia , aliaque Ru-
derici egregia merita , permulta op-
pida Rex Alphonsus Præsuli et Ec-
clesiæ Toletanæ donavit , videns
certe proventus Ecclesiasticos tam
laudabiliter in pauperes expendi :
aliqua etiam privilegia ipsi eius-
que successoribus perpetuo conces-
sit . Quibus omnibus Regiis benefi-
ciis Rodericus devinctus , non nisi
in gratiam Principis , Maurorum
expulsionem , pauperum curam ,
totiusque regni commune benefi-
cium prudentissime fuit usus . Fe-

lix profecto ætas , in qua Alphon-
sus et Rodericus de tuenda com-
muni salute ita inter sese videban-
tur contendere , adeoque ambo vir-
tutibus elucebant , ut in dubium
possit verti , quis eorum , Rex , an
Archiepiscopus , possit , ac debeat
melior , et sanctior denominari ;
quis eorum iustior , æquiorve cen-
sendus sit . Licet enim tam clara fa-
cinora de Roderico legantur , ta-
men egomet acta de sanctitate Al-
phonsi Regis , auctoritate Aposto-
lica confecta , perspexi , uno tomo
collecta , alioque separatim apposi-
tas auctoritates et sententias Scri-
ptorum , tam nostratum , quam ex-
teriorum , de heroicis virtutibus , de
præclaris gestis , famaque sanctita-
tis notissima apud omnes nationes
Alphonsi VIII : qui , cum revera
tal esset , cognomento *Bonus , No-
bilis , et Sanctus* est appellatus .
Bonus , propter bonas actiones ,
propter bonum regni regimen , pro-
pter illius coniugalem castitatem ,
erationem monasteriorum , alia-
que pia opera . Insignitus fuit etiam
cognomine *Nobilis* , ob eius Regii
generis paterni et materni excellen-
tiā : quin etiam vulgo dicebatur
Sanctus , quia toto vitæ suæ cur-
riculo in heroico gradu emicuerunt
in eo (salvo Sedis Apostolicæ iu-
dicio) fides , spes , caritas , ceteræ
que virtutes ; prudentia scilicet in
regendo , iustitia in distributione
præmiorum , et in plectendis sce-
leribus , fortitudo in adversis , in
prosperis moderatio , in victu tem-
perantia , in vestitu modestia , in
incessu et loquela gravitas . Ex quo
profecto intelligi potest , quanta in
Rodericum gloria redundet , qui
suis monitis , maturisque consiliis ,

d

Re-

Regem, alioqui magnanimum, quasi subiectis facibus inflammavit, ut ad tantam gloriæ virtutisque laudem adipiscendam aspiraret, et à suscepto semel itinere non recedens, in dies magis magisque perficeretur ad extremum usque vitæ tempus, in quo ipse met Præsul horator adstitit, ea sanè diligentia, qua illi longo annorum spatio ut consiliarius integerrimus inservierat.

Alphonso vita functo, successit nepos illius S. Ferdinandus, qui, cum non minorem de Roderici doctibus opinionem haberet, illum ad amare, et multis honoribus cumulare prosecutus est. Iste etenim sanctissimus Rex fuit (quidquid alii scripserint) qui Præsulibus Toletanis, tempore nostri Roderici, et in gratiam ipsius, dignitatem Cancellariæ maioris Regni Castellæ concessit. Sancium præterea, atque Philippum, carissimos filios, omnscientiarum et virtutum genere erudiendos Roderico tradidit: qui sub tanto præceptore, non solum in religionis studio, sed et in Ethices, Politicesque disciplinis mirabiliter profecerunt. Quo factum est, ut subsequenti tempore Sancius ad Sedem Toletanam, Philippus ad Hispalensem merito sint evecti. Quanta deinde sollicitudine et vigilancia tam carorum pignorum sibi commissorum institutionem Rodericus curaverit, præterquamquod rei demonstravit eventus, ex eo quoque dignosci potest, quod, se absente, ad tantum obeundum munus sufficerit S. Petrum Paschasiū, qui primo creditur, Episcopus Titularis, et Coadiutor eiusdem Archiepiscopi fuisse: ac postea evectus ad Cathedram Epi-

scopalem Gienni, dum loca Diocesanos inviseret, et monitis salutibus suum gregem instrueret, à Mauris captus, in urbe Granatæ vinculis detentus est, inibi, ne otio langueret, suos concaptivos Christianos sacra Mysteria apertissime edocens, ut eius scripta testantur, in quibus non subobscurè indigitatur Immaculata Conceptio Virginis Mariæ in primo suæ animacionis instanti; immo clarissimis verbis S. Episcopus eam explicat, et tuetur.

Sed iam res ipsa videtur postulare, ut de prudentia regiminis, quæ in Roderico eluxit, nonnulla disseramus. Praeclarum huius virtutis specimen exhibuit, nedum in adhibendis toto sui Episcopatus tempore consiliariis Iurisperitis, et Theologis, ad suum onus Pastorale adimplendum, sed præcipue, dum S. Ferdinando suasit, ut Viros in utroque iure doctissimos seligeret, qui illum semper comitarentur; ex quo absdubio forma ad instruendas causas civiles et criminales in Regio Senatu Castellæ initium sumpsit: quamvis enim antea semper Legionis et Castellæ Reges probos viros, et Episcopos consulerent; post expulsionem tamen Maorum ex utraque Castella Episcopi suo gregi invigilare potissimum, ac unice cœperunt, licet eorum aliqui Regem adhuc comitarentur. Supremum itaque Castellæ Regium Consilium fuit formatum plena cum facultate ad lites dirimendas, causasque in gradu appellationis decidendas in universo regno: ob eamque rem Consiliarii Regii denominari cœperunt Adsesores, Auditoresque Regii, ut postremo

mo-

modo appellantur in Regiis Cancellariis, et Tribunalibus supremis Provinciarum.

Ut vero de pietate tanti Præsulis aliqua saltem perfunctorie dicamus, sollicitudo illa, quam præ oculis S. Ferdinandus semper habebat in instaurandis, et erigendis Ecclesiis Cathedralibus, Toletana, Hispalensi, Burgensi, Giennensi, Cordubensi, aliisque sui regni, non solum Religionem Regis commendat, sed etiam Roderici, quem Rex comitem sibi adscivit in plerisque, præcipue in Toletana, quam à fundamentis erexit, primumque eius lapidem in conspectu Regis sacravit; Architecto tam magnificæ molis Petro Petri, cuius epitaphium extat ante capellam Sacelli Imaginis, vulgo *del Sagrario*. Tanto Artifice dignum opus, tanto Rege dignæ in eo extruendo impensæ, tantoque Præsule vigilantia, et auxilium.

Magna quidem hæc sunt, et omnem cuiuslibet hominis, vel præstantissimi, curam exposcunt. Magnus vero Rodericus tanta facilitate, ac dexteritate omnia gerebat, ut negotiorum, rerumque agenda rum multitudine aditum, redditumque ad scientiarum studium ei non intercluderet.

A Barbaris Hispania per quatuor ferè sæcula oppressa, non solum in laicorum statu, sed etiam in ecclesiastico miserandam insciatiæ speciem exhibebat, quippe de armorum strepitu potius, quam de litterarum studio cogitabatur. Ad eam igitur exutiendam, et iuuentutem erudiendam, Rodericus Historias, quas typis recudimus, iubente S. Rege Ferdinando,

scripsit: aliam quoque Catholicam historiam ingenti volumine composuit, incipiens à mundi creatione usque ad adventum Spiritus Sancti, et Evangelii prædicationem, quæ Compluti in Bibliotheca collegii maioris S. Ildephonsi inedita servatur, à cuius nos editione abstinemus, quoniam plures historiæ sacræ perpolitæ, selectissimæ, et accuratissimæ, in lucem iam prodierunt. Ad historiam igitur prophanam conscribendam ei iussu Regio fuerunt patefacti, seu exhibiti selectiores MSS. Latini, et Arabici, necnon vulgari sermone conscripti Codices, qui, si non autographi, saltem fideliter transcripti, ad manus Roderici pervenerunt: qui omnes in Bibliotheca à se erecta in monasterio Hortæ ordinis Cisterciensis, Diœcesis Seguntinæ, cui testamento ea legavit, dotem simul ad ædificium reficiendum constituens, fuerunt custoditi, donec misserando fato ignis absumpsit. Utinam tam pretiosa Codicum supplex ad nostra usque tempora pervenisset! Haberemus monumenta complura, ex quibus aliqua, quæ nostri sæculi critici in historia doctissimi Præsulis animadversione et castigatione digna existimant, vindicari possent, acciperentque robur ac firmamentum. Mirandum ergo non est, clarissimum Præsulem, excellenti ingenio, maturoque iudicio prædictum, eam sibi omnigenæ eruditio laudem comparasse, quam hodie dum antiquorum annalium investigatores magnopere meritoque mirantur, quamque, auctore Marianna, Gravessonio, Natali Alessandro, aliisque emunctæ naris Scriptoribus, Patres Concilii IV.

Lateranensis magno cum plausu, ingentique veneratione suspexerunt: in quorum cœtu, secundum eorumdem opinionem, concessionem habuit variis sententiis, diversis Europæ idiomatibus illustratis, tamquam pulcherrimis floribus, hinc inde respersam. Nos autem præ oculis habentes non deesse graves historicos (præcipue cl. M. Florenzium) qui Roderici ad hoc Concilium profectionem, haud levibus argumentis ducti, constanter denergent, nolumus iudicium proferre, remque hanc sub lite relinquimus; purum, putumque esse commentum dumtaxat affirmantes, quod ab aliquibus scriptum reperimus: Rodericum scilicet in Concilio Lateranensi, ut Primatus Toletani causam sustineret, B. Iacobi Apostoli in Hispanias adventum denergasse; traditionemque Aragoniorum, Beatam Dei genitricem, priusquam in cœlum concenderet, vi-sendi, solandique S. Iacobi causa, Cæsaraugustam advenisse firmiter profitentium, ad aniles fabulas reiecssisse. Atque huius nostræ sententiæ tametsi plurima produci possent momenta, uno dumtaxat contenti erimus, quo nisi nostra nos fallit opinio, commentum illud prorsus eliminatur: in historia quippe, seu Breviario Catholico, cuius MSS. Codicem in Ildephonsiana Bibliotheca custodiri superius diximus, perspicue innuit Rodericus B. Jacobum in Hispanias prædicandi Evangelii gratia venisse.

Nec eget Ecclesia Toletana emendicare ad sustinenda privilegia Primatis sublesta testimonia, aut cum Pseudochronicis Flavii Dextri, Marci Maximi, Archi-

presbyteri Iuliani Perez, aliisque similibus Primatus iura à primis Ecclesiæ sæculis repetere: sat sit, à sæculo VII, et ex Conciliis Tolestanis XII. et subsequentibus certo constare, Præsulem Toletanum tamquam Primatem præfuisse usque ad invasionem Arabum non tantum Metropolitis Tarragonensi, Hispalensi, Bracarensi, et Compostellano, seu Iriensi, sed etiam Narbonensi in Gallia Gothica, eiusque suffraganeis. Cum igitur tempus captivitatis non sit computandum, quasi postliminio post expugnatum Toletum ab Alfonso VI. restituta fuit Ecclesia Tolestanæ suæ pristinæ dignitati, eiusque immunitates, summaque privilegia Pontifices, et Reges sæpe confirmarunt; ipsoque Præsule Roderico instantे, stabilita fuerunt à Summo Pontifice Honorio III, cuius bullæ asservantur in archivio Ecclesiæ Toletanæ: hodieque nostrorum Regum Catholicorum pietate, ipsis adstantibus, dum proponuntur indulgentiæ ab Archiepiscopo Toletano, celebrante in Regia Capella, concessæ, Assistens Cappellanus Regius eum Hispaniarum Primatem clara et aperta voce pronunciat.

Sed ut ad alia Roderici nostri gesta revertamur, cum S. Ferdinandus ad sibi conciliandos Legionensium animos Legione commorari decrevisset, bellumque adversus Mauros Caseatæ, vulgo *Quessada*, prope Cazorlam gerendum instaret; operæ pretium duxit nostro Præsuli totius belli, curæque exercitus summam committere: quod Rodericus tanta prudentia, dexteritateque administravit, ut brevi tempore non solum Caseatam, et

Ca-

Cazorlam, sed etiam alia plura oppida à Mauris munita expugnaverit. Quo factum est, ut Rex tam insignium victoriarum cumulo lætus, Archiepiscopo gratiam referens, ei suisque successoribus Cazorlæ Præfecturam contulerit.

Tam egregiis honoribus, tantoque splendore illustris, Ecclesiam suam prudentissime rexit inclitus Rodericus, usque dum postremo vitæ suæ tempore Lugdunensi Conventui, iussu S. Pontificis habito, interfuit: quo absoluto, cum in Hispaniam reverteretur, navique vectus Rhodani undas traiiceret, vehementi febre correptus est: qua in dies aucta, obdormivit in Domino 4. idus Iunii, anni 1247; eiusque corpus translatum fuit ad Hortense monasterium in quo sepeliri testamento decreverat, infra cœnotaphium Alphonsi VIII. ob reverentiam, et amorem erga Regium illius Benefactorem (si forte inibi erectum fuerat, ut opinamur; namque corpus Alphonsi Regis sepultum Burgis, ibique iacere compertum est), ubi hodieum incorruptum servatur; ut anno 1766, R. P. Raphael Cañibano, eiusdem

monasterii Abbas, et reliqui illius religiosi cœnobii monachi diligenter conspexerunt, nostramque Toletanam Ecclesiam littoris hac de re datis certiorem fecerunt.

Ad dextram maioris sacelli Hortensis templi asservatur hucusque vetustissimum monumentum, quod fideliter, et apicibus quoque servatis, subiungere consentaneum duximus.

Ricardus, monachus huins Hortensis, Regii, Imperialisque monasterii alumnus eiusdem sæculi auctor cum illustrissimo venerabili, ac vere sancto domino, scilicet domino Roderico Ximenio de Rada, Oxomensi primum Episcopo, postea Toletano Antistite, Hispaniarumque Primate unico totius Hispanæ lumine; in ipsius illustrissimi domini venerationem, gratitudinem, et obsequium, memoria protulit sequens Encomiasticon Leoninum carmen.

Deinde conspicitur effigies venerabilis Roderici, quem duo Angeli ad cœlestem patriam videntur comites ducere, ut ibidem hisce duobus versibus declaratur.

*Angelis manibus ad sidera tollitur iste,
Cæli numinibus sociandus. Laus tibi Christe.*

Sequuntur immediate eo tempore non impolita carmina, quæ hic quo-

que eadem fidelitate transcripta subiicimus.

*Fontibus Bononiæ potatus Philosophiæ,
Primas Hispaniæ, Patrum Pater, arca Sophiæ.
Flos Prælatorum iacet hic Præsul Rodericus,
Ut rosa flos florum redolens, et valde pudicus.
Pontificum norma, lux cleri, laus populorum,
Iste fuit forma virtutum, mors vitiorum.
Cultor iustitiae, patriæ pax, dux probitatis,
Schola pudicitiae, via iuris, vas bonitatis.
Dapsilis in mensis, vita sacer absque querelis,*

Pal-

*Palmis extensis mittebat munera cœlis.
 Doctor præclarus linguae splendore serenus,
 Prudens, et gnarus, cœlesti dogmate plenus.
 Largus pauperibus, tribuens pia munera dignis,
 Prodigus hospitibus, adimens sua dona malignis.
 Sic annis multis Toleti sede sedebat,
 Gentibus incultis vitalia verba ferebat.
 Prædicat, erudit, arguit, allicit, arcet, et urget,
 Corripit, obsecrat, instruit, increpat atque mala.
 Summum Pontificem Lugduno Præsul adivit,
 Patrem felicem, latus quia vivere quivit.
 Cum quo colloquium vir iustus habere cupivit,
 Quem tam mente pium, quam castum corpore scivit.
 Hispaniam rediens affatu percelebrato,
 Ad Rhodanum veniens requievit fine beato.
 In Rhodano moritur, et mortuus hic tumulatur,
 Hic corpus tegitur, sed spiritus astra rimatur.
 Annus millenus, bis centum, sextus, et unus,
 Et quadragenus, dedit hoc venerabile funus.
 Idus bis bino Iunii migrat Rodericus,
 Nutu divino felix Hostensis amicus.
 Frater Richardus bona sectans, ad mala tardus,
 Hæc prompsit metra, cui detur sors sempiterna.*

Legitur demum tritum illud, et mus, exaratum epitaphium.
ab eodem Richardo, ut coniici-

*Continet hæc fossa Roderici corpus, et ossa.
 De cuius morte soli bene contigit Hortæ.
 Pontificum gemma, totius gloria gentis,
 Laus, decus Hispaniæ, verus fons, arca Sophiæ.
 Et pius, et mitis, cunctis uberrima vitis
 Extitit alumnis, caruit sua vita calumniis.
 Mater Navarra, nutrix Castella, Toletum
 Sedes, Parisius studium, mors Rhodanus, Horta
 Mausoleum, cœlum requies, nomen Rodericus.*

Anno Domini MCCXLVII. obiit Archiepiscopus Toletanus IV. idus Iunii.

En, lector, magni Roderici historiam presso sane, simplicique stilo brevissime conscriptam; neque enim tanti viri, sine cuius consilio, teste eodem Mariana, nihil arduum, nihil magnum tam præclari Reges gesserunt, vel omnia prosequi animus fuit, neque in singulis eius clarissimis gestis ampli-

ficandis immorari consentaneum censuimus, satius existimantes præcipua huius viri gesta indigitare, quem vivum Reges, Proceres, omniumque ordinum homines suspexere, post mortem vero historici omnes, saniorisque iudicij Scriptores laudibus cumularunt.

RO-

**RODERICI
TOLETANI ANTISTITIS
O P E R A.**

РОДЯРІ АІТТАПИА НАТЕЛО

SERENISSIMO,
INVICTO, ET SEMPER AUGUSTO DOMINO SUO
FERNANDO,
DEI GRATIA REGI CASTELLÆ, ET TOLETI,
Legionis, et Gallæciæ, Cordubæ, atque Murciæ, Ro-
dericus indignus cathedræ Toletanæ sacerdos hoc opu-
sculum, et Regi Regum perpetuo adhærere ^(a) optat.

^(a) In MS.
Complutensi de-
est optat.



*Idelis antiquitas et antiqua fidelitas primævorum do-
ctrinæ et genitrix posterorum credidit actibus minorari,
si sibi soli se genitam reputaret. Cum enim per ea
quæ facta sunt, Dei invisibilia percepissent, quia morte in-
terveniente non poterant permanere ea, quæ divina revelatio-
ne, studio vigilanti, doctrina, usu, memoria, intellectu cir-
ca creaturarum opera, ratione prævia invenerunt; investigan-
tes experimenta rerum et ænigmata figurarum, futurorum no-
titiæ providerunt, et duce spiritu præsentia perceperunt, et
futura indagiis prænoverunt. Sed oblivio, quæ semper memo-
riæ adversatur, pedissequa negligentia subsequente, quod di-
ligentia adinvenerunt, gressu obvio lituravit. Cæterum ne desi-
dia sapientiae inimica itinera studii occultaret, illi qui pro luce
sapientiam habuerunt, et eam rebus omnibus prætulerunt, figu-
rales litteras invenere, quas in syllabas congesserunt, ut his com-
pingerent dictiones, quibus ut ex trama et stamine quasi à te-
xentibus oratio texeretur: et per hoc futuris sæculis præterita
ut præsentia munciarent, et vigilata studia artium liberalium et
officia mechanica subtiliter adinventa scriptura posteris conser-
varent. Cursus siderum, motus planetarum, dispositiones signo-
rum, effectus astrorum, quæ Astronomorum curiosa diligentia*

A

ad-

adinvenit, cubitorum Geometriæ distinctiones, et graduum differentias, et punctorum distantias, quo obiectu luna lucida deni-

(b) Compl. te- gretur, qua eclipsi solis claritas ^(b) tenebrescat, qua indagine nebrescit.

herbarum notitiam et earum efficaciam experimentis physicalibus percipere, sine scriptis qua memoria posset quantumlibet instans solertia reminisci, ne dixerim invenire, nisi principiorum notitia præcessisset, quæ primævi inventa successoribus conscripserunt? Verum quia humana studia multifarie variantur, pari providentia et eodem studio sollicitudo diligens eorumdem descriptis acta sapientium et stultorum, fidelium et ethnicorum, virtutes catholicas et politicas, iura canonica et civilia, ut per hoc mundi cursus in suo ordine dirigatur, et gesta principum, quorum aliquos ignavia fecit viles, alios sapientia, strenuitas, largitas, et iustitia futuris sæculis commendavit, ut quanta sit differentia utrorumque, exitu comprobetur, et discant posteri bonorum exem-

(c) Compl. ^a malorum. plis ininiti, et ^(c) malorum semitis declinare. Quia etsi ad tempus bonorum videatur Dominus oblivisci, in fine misericordiam non abscindet. Et si ad tempus etiam impii prosperentur, tolluntur in altum, ut lapsu corruant graviori. Quis enim de creatione mundi, de Patriarcharum successione, de exitu de Ægypto, de lege veteri, de Regibus terræ sanctæ, de exterminio eo-

(d) Compl. na- rundem, de annunciatione, ^(d) de nativitate, de passione, resur- sione.

rectione, et ascensione Domini Jesu Christi, earum testibus morte sublatis, posset relatione veridica esse certus, nisi libri canonici, aut evangelia testarentur? Quibus, eo quod scripserunt, tanto amplius obligamur, quanto per eorum doctrinam in præteriorum notitia innovamur. Gloriosa etiam prælia Romanorum et aliarum gentium, quæ in mundo varietate mirabili acciderunt, sine scriptura à memoria excidissent. Cum igitur Hispaniarum successus variorum principum cruentis cladibus iteratus et lingua mutarit, et origo suæ gentis pluribus intercepta dominiis

sit

sit oblita, iam fere gens et origo incolarum Hispaniae ignoratur. Quia igitur placuit vestrae excellentiae Maiestati, ^(e) meae requirere ignorantiam parvitatis, ut si ^(f) quæ de antiquitatibus Hispaniae, et de iis etiam quæ ab antiquis vel modernis temporibus acciderunt, meae memorie occurrisse, petitioni vestrae describere laborarem, et ut à quibus gentibus calamitates Hispania sit perpessa, et Hispanorum Regum ^(g) origo, et eorum ^{(g) Compl. originem.} magnalia, qui Patrum glorias imitatione sequuntur sunt glorio-
 sa, per scripturæ meae indaginem ad diligentiae nostræ notitiam pervenirent. Ego vero tanti Domini, tam excelsi, non possum precibus contraire, et vix possibile cogor ob reverentiam attentare. Tempore enim vastationis Arabum scripta et libri cum perreunte patria perierunt, nisi quod pauca diligentium custodia evasere. Itaque ea quæ ex libris beatorum Isidori et Ildephon-
 si, et Isidori iunioris, et Idacii Gallæciæ Episcopi, et Sulpicii Aquitanici, et Conciliis Toletanis, et Jordani sacri palatii Can-
 cellarii, et Claudii Ptolemæi orbis terræ descriptoris egregii,
 et Dionis qui fuit historiæ Gothicæ scriptor verus, et Pompeii Trogi, qui fuit historiarum orientalium sollicitus suppator,
 et aliis scripturis, quas de membranis et pictatiis laboriose investigatas laboriosius compilavi, à tempore Iaphet Noe filii usque ad tempus vestrum, gloriosissime Rex Fernande, ad historiam Hispaniae contexendam, quam sollicite postulastis, prout potui, fideliter laboravi. Inter omnes autem principes Gothorum Reges sæcula præcipuos habuere, et testamentali edicto Hispaniae legavere, quorum insignia usque ad tempora quæ me prætereunt, derivavi, addens aliqua quæ eorum historiæ famulan-
 tur, necnon et clades quas Hispania pertulit ante eos. In qua Hispania, peragratis Asiæ et Europæ provinciis, et vastatis, ultimo dominio resederunt, ubi etiam ab Arabibus sub Roderico Rege Dei iudicium pertulerunt. Vobis itaque Castellæ, et Toleti,
 -OR

PRÆFATIO.

et Legionis, et Gallæcia, Cordubæ, et Lusitanæ, Murciæ et Gienni, inclite Domine Rex Fernande, ortum eorum qui primo in Hispaniis habitavere, et bella Herculis quæ exercuit super eos,

(b) Compl. *Uvandali, Silingi, Alani, et Suevi.* et quæ Romani mortis iudicia intulere, et quibus (b) Vandalos, Silingos, Alanos, et Suevos exitiis consumpserunt, prout ex antiquis libris et relatione fideli recolligere potui, ego Rodericus indignus cathedræ Toletanæ sacerdos, stilo rudi, et sapientia (i) Compl. nos- tenui, ad præconium (i) vestræ gentis, et vestræ gloriam Ma- iestatis sollicitus compilavi, pro venia supplicans eo quod munus tam exiguum ausus fui lecturorum diligentie exhibere, et con- spectui tanti Principis præsentare.


RO-

RODERICI
ARCHIEPISCOPI TOLETANI
DE REBUS HISPANIÆ.

LIBER PRIMUS

De fundamento huius historiæ.

CAPUT I.



(a) Toletanum et Complutense MS. legunt. in seminarium. T veritas Genesis attestatur, quam Moses scripsit spiritu prophetiæ, humanum genus vagum et profugum, in terra miseriæ aberravit, donec culpa hominum inundante ceteris enecatis periculo cataclysi, Noe solus cum filiis et uxoribus, Domino protegente, fure ^(a) ut seminarium humani generis reservati. Hæc sunt nomina filiorum eius: Sem, Cham, et Japhet; ^(b) sed horum filii poenas peccantium iam obliti culpas ablutis criminibus adiecerunt, et volentes Altissimo similari, turrim superbiæ erexerunt. Sed pares in culpa pari ut Lucifer præcipitio corruerunt. Et sicut ibi divisi Angeli divisa officia sunt sortiti, ^(c) ita cum omnia in divina essentia sint contenta, ab his ubique ei semper assistitur, et per eos in terris salutis ministeria disponuntur. Boni vero his consimiles habent præ oculis divinæ iudicium maiestatis, et filiali timore Altissimi offensam metuentes, Dei dulcedinem, licet in ænigmate, iam prægustant. Alii autem Angeli qui damnando homini inviderunt, et mortifera suggesserunt, Dei iudicium

non evadunt, sed semper eos culpa et supplicium comitantur. Noe itaque generatio in Chaldæa, et Damasci Syria, et maiori Armenia, ^(d) et Assyria in qua Ninive dicitur esse sita, incertis sedibus vagabatur: et ceteræ regiones Asiæ, Africæ, et Europæ vacuæ habitatoribus ^(e) solitudine quiescebant, donec primordia nostræ originis, superbia confundente unitatem simplicium linguarum, divisione separavit. Et quia loquelæ diversitas convictus, mores, et animos variavit unilingues, aliam et ceterarum linguarum alias sortitæ sunt regiones, et prout unius linguae professio exigebat, diversos populos effecere, et ab invicem segregati climata, provincias, et patrias divisorunt, et lingua alia alienationem à proximo suggerebat, et non tam discidio quam odio separati loca placida elegerunt, in quibus sedes commodes locavere, et propriis ^(f) terminis non contenti ^(g) alios invadere præsumpsere, et ex iniuriis mors et gladius provenere, et nomina sua in terris et cognationibus vocavere, postea linguas idiomatis distinxerunt. Filii Sem possederunt Asiam, sed non totam.

(d) Compl. et Al. sive Assyria.

(e) Compl. et cultoribus solitudine Al. habet. et cultoribus solitudine.

(f) Al. terminis terræ.

(g) Compl. alienos.

(b) Compl. et
Al. et Syriae,
quæ.

tam. Filii Cham Africam habuerre. Filii Iaphet ab Amano et Tauro montibus Ciliciæ, ^(b) quæ sunt in Asia, et totam Europam usque Gades Herculis in finibus Hispaniæ possederunt: et quod filii Cham, et Iaphet aliquid in Asia habuere existimo actum bello. Sed quia de generatione Iaphet cura est prosequi in hoc libro, de aliis fratribus hic omitto.

De Europa et generationibus Iaphet.

CAP. II.

(i) Compl. et
Al. adeo præ-
ceps.

(j) Compl.
Bosforus.

(k) Compl.
Scabantiam Al.
Scanthium, Cy-
le, Thule.

(l) Compl. Ma-
iorica, Eviza,
Frumentaria Al.

Maiorica, Mi-
norica, Ebusa,
Frumentaria.

(m) Tol. et
Compl. Mute-
lene.

Europa autem incipiens à Tanai fluvio ex una parte Tyrrheno, ex alia septemtrionali et Gaditano Occeano terminatur. Tanain vero hunc dico qui ex Ripheis montibus oriens ⁽ⁱ⁾ ad hæc præceps ruit, ut cum vicina flumina Mæotis et ^(j) Bosphorus gelu sæpissime solidentur, solus ex confactuosis montibus evaporans numquam algore Scythico indurescit. Hic Asiæ Europæque terminus famosus habetur. Fretum autem Gaditanum in finibus Galliæ à Gadibus Herculis nomen habet: Oceanum septemtrionalem qui versus Septemtrionem plurimas insulas in se tenet, scilicet ^(k) Scandiam, Frisiam, Scotiam, Angliam, et Hiberniam, et alias minores: deinde omnes regiones citra Tyrrhenum, cum insulis quæ Tyrrheni litore includentur, scilicet ^(l) Maiorica, Minorica, Ebusa, Frumentaria, Corsica, Sardinia, Sicilia, ^(m) Mytilene, Venetiæ, Creta, donec ad paludem Mæotida pervenitur; Constantinopolitana et civitas in

Europa noscitur constituta: hos omnes terminos, et usque ad Gadiram, ⁽ⁿ⁾ quæ cum Pelle includit Decapolim, filii Iaphet Gomer, et Magog, et Madai, Iavan, Thubal, Mosoch, ^(o) Thiras, in linguis et cognationibus (ut dicit Isidorus) possedere. Porro filii Gomer Assenec, à quo Regini Calabriæ, Isidorus ^(p) Ascenez, à quo Sarmatæ, sive Sauromatæ, quos Græci Reginos vocant, et ab his processerunt Calabri, Siculi, Appuli, et Latini qui Latium habitarunt: et ^(q) Riphæt, à quo Paphlagones, Paphlagonia contigua Galatiæ, et sicut dicit Cornelius Nepos, Paphlagones in Italiam transvecti mox Veneti sunt vocati, à quibus Veneti Ligures, et Æmilii processere: et Thogorma, à quo Phryges, qui terram suam Phrygiam appellantur. Filii autem Iavan Elisa, à quo Græci, qui ^(r) Æolidæ dicuntur: Tharsis à quo Cilices, qui Ciliciam habitarunt, quorum metropolis Tharsus: Cetim, à quo ^(s) Citiæ, Isidorus Cyprii, et secundum ^(t) hoc Cyprus à filiis Iaphet, non filiis Sem provenit, quorum civitas ^(u) Citium dicitur: Dodanim, à quo Rhodii, quorum civitas ^(x) Rhodus dicitur. De Gomer filio Iaphet Galatæ secundum Iosephum, et Isidorum; qui latine Gallogræci dicuntur. Olim enim Senones Galli quamdam partem Græciæ invadentes, à Gallis et Græcis Galatiam quasi Gallogræciam appellantur. De Magog Scytæ, qui et ^(y) Massagetae appellantur, et Gothi secundum Isidorum, Vandali, Suevi, Alani, atque ^(z) Hunni. De Madai Medi, à quibus Media nomen

(n) Compl. quæ
cum Pella inclu-
dit Al. quæ cum
Pelle concludit.

(o) Compl. et
Tiras.

(p) Compl.
Aschanet.

(q) Compl. et
Al. Raphat.

(r) Compl. et
Al. Æolides.

(s) Compl. et
Al. Cithii.
(t) Al. bæc.

(u) Al. Titbrum.

(x) Compl. Ro-
dum.

(y) Compl.
Massagetas.

(z) Compl.
Hugni.

sum-

sumpsit. De Iavan Iones, qui et
 (a) Al. Ionii- Græci, à quibus ^(a) Ionum mare,
 cum. ex quibus Græci qui Troiam et fi-
 nes eius ^(b) habitarunt, processer-
 sunt: qua destructa duo fratres
 Priamus et Antenor Venetias na-
 vigio pervenerunt, ex quibus An-
 tenore mortuo, et Paduæ tumu-

lato, Priamus cum comitibus Ger-
 maniam occupavit, et ab ^(c) ipso
 germano Antenore Germania fuit
 dicta. Quæ nunc à ^(d) Teutates, qui
 est Mercurius, Teutonia nominatur,
 à Latinis autem Lemania dicitur
 à Lemanio fluvio (de quo Lucanus:

^(c) Compl. et
 Al. ipso et Ger-
 mano.

^(d) Compl.
 Theuton.

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanio.)

Qui has continet regiones; Lo-
 thoringiam seu Brabantiam, Vest-
 faliam, Frisiam, Thuringiam,
 (e) Compl. et
 Al. Bavariam. Saxoniā, Sueviam, ^(e) Boia-
 riā, Franconiam, Carinthiam,
 Austriā: et inde Gallias infrin-
 gentes, à fractione patriæ, et
 eorum ferocitate Francia fuit di-
 cta. ^(f) A navigio simili è Troia Bru-
 tus adveniens, eam quæ nunc
 Anglia dicitur, à suo nomine
 Britanniam nominavit, à qua et
 olim Silvaria, nunc citra mare
 minor Britannia nominatur. De
 Mosoch filio Iaphet Cappadoces,
 quorum metropolis Mazana, quam
 Tiberius Cæsar à suo nomine Cæ-
 saream appellavit. Thiras, à quo
 Thrases quasi Thirates (ut dicit
 Isidorus) et à nomine patris sui ter-
 ram incolatus sui Thraciam voca-
 verunt. Hæc ideo dixi, quia cogit
 historia quam assumpsi, de inco-
 lis Europæ aliqua declarare.

*De primis incolis, et primo no-
 mine Hispanie.*

CAP. III.

Quintus autem filius Iaphet fuit
 (g) Tol. et
 Compl. Iberes. Thubal, à quo ^(g) Iberi, qui et Hi-
 spani (ut dicunt Isidorus et Hiero-
 nymus) processerunt. Filii autem

Thubal diversis provinciis peragra-
 tis curiositate vigili occidentis ul-
 tima petierunt, qui in Hispaniam
 venientes, et Pyrenæi iuga primi-
 tus habitantes in populos excre-
 vere, et primo Cetubales sunt vo-
 cati, quasi coetus Thubal: et atten-
 dentes stellam quæ ibi post solis
 occubitum occultatur, occasum
 eius ^(b) vespertinum stellam He-
 sperum vocavere. Dicitur autem
 Europa à quadam filia Regis Age-
 noris sic vocata, quam Jupiter ra-
 piens tertiae parti mundi ex eius
 nomine nomen dedit. Hi post di-
 visionem linguarum, ut regiones
 adirent, et ut Nemrod tyranni-
 dem evitarent, divisi sunt in lin-
 guas et nationes, et linguam quæ
 nunc latina dicitur, observarunt:
 alii et filii Iaphet qui in Europæ
 partibus resederunt, linguas alias
 habuere, Græci aliam, Blaci et
 Bulgari aliam, Cumani aliam, Sclavi,
 Boemi, Poloni aliam, Hungari
 aliam, Insulæ etiam Hibernia, et
 Scotia specialibus linguis utuntur.
 Teutonia vero, Dacia, Norvegia,
 Suetia, quæ à Suevis et Scythis
 nomen accepit, Flandria et An-
 glia unicam habent linguam, licet
 idiomatibus dignoscantur. ⁽ⁱ⁾ Scan-
 dia et aliæ septemtrionales Occea-
 ni insulæ quæ Europæ annumeran-

^(b) Compl. et
 Al. vesperum.

⁽ⁱ⁾ Al. Schan-
 thia.

rantur, aliis linguis utuntur. Wallia etiam contigua Angliae, et Britannia minor circa litus Britannicum linguas proprias sunt sortitae: similiter ^(j) Vascones et Navarri. Cetubales itaque in populos dilatati ad plana Hispaniae descendebant, et iuxta fluvium qui nunc Iberus dicitur, villas, et pagos, et oppida construxerunt, et inibi remanentes, qui prius Cetubales, ab Ibero fluvio corrupto vocabulo Celtiberes se vocarunt: unde et eadem provincia Celtiberia appellatur, quæ ^(k) occeano Tyrrheno et Pyrenæis montibus terminatur. Hanc ^(l) Carpetaniam quæ in se quatuor habet oppida, scilicet Aucam, et Calagurram, Tyrassonam, et Au-
(k) Compl. Occeano Tyrrhe-
no, et Ibero, et Pyrenæis Al. Oc-
ceano Ibero, et Pyrenæis.

<sup>(l) Tol. Carpe-
taniam Compl.
Carpentaniam.</sup> ripam, quæ post Cæsaraugsta ab Augusto Cæsare fuit dicta, vis Romanorum principum occupavit, quæ tamen sicut referunt Plinius et ^(m) Sisebutus, ad Carthaginensem provinciam pertinebant. Deinde ad alias partes Hesperiae procedentes in terris suis cognationes et nomina vocavere, et in diversis provinciis diversos principes habuerunt, ex quibus fuit Geryon, et alii qui usque ad

<sup>(n) Compl.
Aphalec Al. Ap-
baleg Al. Pha-
les.</sup> Hercules duravere. ⁽ⁿ⁾ Phaleg autem tempore cuius linguarum di-
(o) Compl. et
Al. Gedeonem. visio facta fuit, usque ad ^(o) Geryonem sub quo Hercules fuit natus, ^(p) MCCLXIII. sunt anni. A morte Herculis usque ad captionem Troiæ, anni XIII. A captione Troiæ usque ad Romulum, qui Romanam condidit, anni CCCXLII. A Romulo usque ad Consules, anni CCXLI. A Tarquinio Super-

bo ultimo Regum Consules rexerunt ^(q) populum Romanum per annos CCCCLXIII. Et post hunc regnavit solus Caius Julius Cæsar annis IIII. mensibus VI. Tempore Consulum Africa et Hispania à Scipione destructis, ^(r) Tolemon et Brutus duo Consules condiderunt Toletum centum et octo annis ante quam Julius Cæsar regnare cœpisset, tempore Ptolemæi Evergetis Regis Ægypti. Nunc ad historiam Herculis revertamur.

*De adventu et victoria Her-
culis in Hispaniam, et pugna
illius cum Geryone tricipite.*

CAPUT. III.

Cum itaque Hercules fere tota Asia occupata, pervenisset ad saxum miræ magnitudinis et excelsæ, ut saxum et populos qui se inibi ^(s) receperunt, expugnaret, et incolas in ditionem cogeret, terræ motu repulsus in Libyam navigavit, habens secum Atlantem Astrologum magnum pronepotem magni Atlantis fratris Promethei, qui fabulose dicitur homines de luto formasse, et spiritum immisisse. Mercurius, ^(t) et nepos eius multarum artium peritus tempore Moysi scribitur claruisse. Hunc Atlantem Hercules carum habebat, eo quod eius consilio regebatur. Erat et mons altissimus, qui dicebatur Atlas, sed quia Hercules Atlantem magnis honoribus extollebat, æquivocato nomine dixit poeta:

Hercule supposito sidera fulsit Atlas.

Habebat etiam secum Traxili-

num in Musica clarum contra pe-
ri-

<sup>(q) Compl. Po-
pulum per annos
CCCCXLIII.
sed in margine
notatur alibi le-
gi. CCCCLXIII.</sup>

<sup>(r) Al. Tholo-
meus.</sup>

<sup>(s) Compl. et
Al. receperant.</sup>

^{(t) Al. etiam.}

riculum Sirenarum. Eo enim tempore Argonautarum dicitur periculum accidisse, et in finibus Hesperiae navium suarum stationem locavit, et in illa parte turres fortissimas fabricavit, quæ essent posteris in monumentum, quæ adhuc hodie Gades Herculis nuncupantur. Erat autem tunc temporis in

Hesperia princeps quidam, qui Geryon vocabatur, et abundabat gregibus et armentis, et habebat tria regna, quæ nunc dicuntur Gallæcia, Lusitania, Bætica: unde et iste Geryon cum esset alias fortis et ferox, triceps scribitur fabulose, de quo Ovidius in 9. Metamorph.

..... *Nec me pastoris Iberi
Forma^(u) triceps, nec forma triplex tua, Cerbere, movit?*

Et idem in lib. Heroidum:

^(x) *Prodigium triplex armenti dives Iberi
Geryones; quamvis in tribus unus erat?*

Expressius autem de morte Virgilius in septimo Æneid.

..... *Cum iam Laurentia victor,
Geryone extinto, Tirynthius attigit arva,
Tyrrhenoque boves in flumine lavit Iberas.*

Contra hunc pugnavit Hercules, et repetito bello ferocem virtute domuit, et prostravit privatum vita, patrimonio, et armentis, obtentamque partem illam Hesperiae populis qui secum à Galatia venerant, captam tradidit habitandam: unde et à Galatis Galatæ quinta provincia Hispaniæ nomen accepit, licet ab ^(y) antiquis alia causa eius nominis assignetur.

De victoriis Herculis, et ædificatione civitatum in Hispania.

CAP. V.

Et inde procedens in eam quæ nunc Lusitania dicitur, prope flumen Anam in campo Hispaniæ propter victoriam habitam ludos instituit recolens Olympiadem, quam ^(z) Pelops avus eius maternus instituerat in Olympo, et eam provinciam à lusu Liberi patris fi-

lii Iovis, et Ana flumine, Lusitaniam nominavit, ^(a) eoque in Olympiade portentum Iovi Olympiaco

fabricabant. Inde procedens ad Bæticam, in planicie quæ Bæti flumine irrigatur, civitatem Hispanum ^(b) erexit, nomen adaptans, eo quod prima habitacula, palis suppositis, tegimen suscepserunt, et in ea Spalos, qui secum de prope Scythiam venerant, accolas collocavit. Provincia autem illa à situ, et flumine nomen sortitur. Hispani enim valles, planicie commendas *Vegas* vocant. His tribus ^(c) regionibus ^(d) prædictus Geryon dici-
<sup>(a) Compl.
quod.</sup>
<sup>(b) Compl.
popularavit.</sup>
<sup>(c) Al. regnis.
(d) Compl.
prædictus.</sup>

tur præfuisse. Procedensque per Carthaginensem provinciam occupans devastavit, et Cacum qui in Carpetania et Celtiberia morabatur, bello contritum in fugam coegerit. Hic dicitur Vulcani filius, cuius habitatio principalis in monte Carpetaniæ, qui adhuc hodie mons Caci dicitur, celebris habebatur, cui

(e) Tol. Sureo.

armentorum , et gregum , et venationum copia famulabatur , et in (e) Sirreo iugo sublimior invenitur , cuius principium prope Lerma , Tyrrheno prope Socorbiam terminatur . Cacus autem bello inferior , fugæ prodigus , Laviniam petiit , et in montem qui nunc Aventinus dicitur , in spelunca saxeæ , et profundissima , tenebrosaque metu Herculis se recepit , cuius aditum gravis moles , catenæ appensa ferreis , protegebat , quam ipse paterno artificio fabri-

caverat . Hic semivir et semifer dicitur fabulose , eo quod immunitate horribilis , et atrocitate terribilis adiacentium orarum homines (f) inopes cladibus infestabat , et tam hominum quam ferarum strages innumeræ exercebat , (quorum capita dira superbia detestandis postibus (g) affigebat,) de (b) truncis (g) Compl. af- fringebat . vero miserabilibus execrandam (i) cis. inglувies rabiem satiabat . Verum Hercules in radice montis Caci ex iis qui secum de Tyro et Ausonia venerant , (de qua dicit Lucanus:

*Cumque superba foret Babylon spolianda trophæis
Ausoniis.)*

(j) Compl. pos-
pulavit.

(k) Al. nonam.

(l) Compl.
quam.(m) Compl.
semper legit Cœ-
tubelles.

Civitatem propter victoriam habitam (j) auxit , et ex Tyriis et Ausoniis nomen indidit Tyrassonam : indeque ad munitiones Celtiberiæ properans , coactos in ditionem recepit . Et quia bellis urgebat , civitatem Urgellum ædificavit eisdem . Ausoniis etiam qui secum venerant , Annues oppidum cum territorio subiugavit , eisque contradidit , quod Ausoniam nominavit , cuius civitas Vicus hodie nuncupatur ; ibique ex novem navibus sui pedissequis , ceteris ad Gallæciam applicatis , (k) nona ad litus applicuit Celtiberiæ , ubi civitatem ædificavit , (l) ex nona Barcha Barchinonam appellavit , tractisque Græcorum deliciis ad stationem navium in freto Britannico remeavit , et obtenta Hispania , immo verius desolata , quæ à sui principio quamprimo (m) Cetubales habitarunt , satis prospera felicitate gaudebat , infelices populos quos longa quies inermes fecerat et ignavos , Græcorum iugo qui natura liter subditis sunt infesti , gladius

Herculis subiugavit , dimissoque eis Hispano quodam nobili , qui secum ab adolescentia fuerat conversatus , ab eius nomine Hesperiam Hispaniam nominavit : ipse autem ascensis navibus in Italiam est profectus .

*De morte Caci , et vastatione
Illi , et morte Herculis.*

CAP. VI.

Cumque ad loca ubi nunc Romæ gloria principatur , Hercules pervenisset , et heros Tirynthius unus ex magnis heroibus cum armamentis Geryonis à finibus Hispaniarum edomiitis remearet , et (n) montis Aventini vallibus se cum Iberis armentis secus ripam (o) Tiberis fluminis receptaret , et armenta nobilia per amoena pascua sub famosi Tiberis marginibus lascivirent , Vulcanides insuspecta tranquilli soporis gratitudine fruebatur : sed ne quicquam sceleris intentatum suæ nequitiae remaneret ,

(f) Compl. et
Al. inopinis.(g) Compl. af-
fringebat.(b) Al. Struri-
cis.(i) Compl. et
Al. ingluvie.(n) Compl. et
Al. et in.

(o) Al. Turreni.

ret, quatuor præelectos tauros cum totidem paris formæ coniugibus ex armentis fallaciter absentavit, et ut falleret vestigantem, ^(p) per caudam traxit retrogrado in speluncam. Aurora vero ^(q) postera rubescente, claviger cum armentis cœpit iter carpere consuetum, et pecudes in recessu devexas valles mæstis mugitibus impleverunt, ad quarum voces altisonas una boum remugiit in spelunca, et ex insperato furta sacrilegi revelavit. Tunc Hercules furibundus collis Aventini ambitum anhelis cursibus ter lustravit, frustra sublatas pecudes investigans, cum potius recessum quam accessum vestigia testarentur. Demum vero cernens semiferum in speluncæ aditu residentem, aerii culmen montis cursu celeri impetivit, trinodem clavam dextera relibrante. At proles Vulcania tunc timore trepidans insueto, cursu refugit ^(r) concito in speluncam, aditu accurate mole saxea iam obstructo. Ad quem cum Hercules nullomodo posset aditum reperire, sicut erat prævalidus, cornu rupis duris impulsibus laceravit, et aditu ad speluncam virtute valida præparato, cœpit Hercules Vulcanidem, nunc telorum imbris, nunc saxorum impugnare grandinibus. Sed semifer impar viribus, ad eum Hercule propinquante, frustra artium paternarum auxilium invocavit, ignes fumificos incessanter ore stygio evomendo, quibus innatas speluncæ tenebras condensabat. At orbis domitor expers metus, contempto discriminè tetri rogi, caliginosis ignibus saltu præcipiti se iniecit, et semiferum trepidantem arreptum guttu-

re suffocavit, et vastatis partibus Italiæ ac subiectis, in Græciam transfretavit, resumptoque exercitu vastavit Ilium, et Antæum pæstræ inventorem, cum non posset in terra, elevatum in aere interfecit. Postea Olympiades diu neglectas ob memoriam ^(s) Pelopis restauravit: et tandem dolore ^(t) colei vexatus pyræ ardenti coactus impie se ingessit, et qui multos extinxerat, se extinxit: licet fabulose dicatur à Deianira data camisia concrematus, quæ tamen dedid ignorans. Nam quidam maleficus Deianiræ suasit, quod Hercules aliam præferebat, sed si hanc camisiam indueret, captus amore maneret. Maleficus autem venenum incentivum camisiæ miscuit, qua indutus Hercules vivus ardaret: unde Ovidius:

Incendit demum Deianira virum.

^(u) Interiit anno vitæ suæ LII. Per idem tempus Alexander Helenam rapuit, bellumque Troianum decennale surrexit.

De operibus Regis ^(x) Hispanis. ^{(x) Compl. Hispaniæ.}

CAP. VII.

Hispan autem vir industrius, strenuus, et de Heroum maioribus, quem Hercules præfecerat genti miseræ ^(y) Hispanorum, dissipatam Hispaniam reparavit, et opera fortissima prudenter extruxit, quarum aliqua adhuc extant, turres in Pharo Gallæciæ, et in ^(z) Gadibus, quas et ^(a) moderna tempora admirantur. Civitatem iuxta iugum Dorii ædificavit in loco subiecto promontorio quod Cobia dicitur,

B 2 et

^(p) Compl. et
Al. pede per cau-
dam.

^(q) Al. postea.

^(r) Al. condito
Compl. habet
conscito.

^(s) Pelopii ita
legunt Compl.
et Al.

^(t) Compl. et
Al. coli vexatus.

^(u) Compl. non
habet interiit.

^(y) Compl. He-
sperorum.

^(z) Compl. gra-
dibus.

^(a) Al. bodier-
na.

et quia secus Cobiam sita, Secobia nuncupatur, ubi aqueductum construxit qui miro opere civitati aquarum iniectionibus famulatur: et in multis aliis locis inveniuntur opera ab operibus nostri temporis aliena, quæ tanto amplius admiramus, quanto ab antiquiori tempore adhuc extant. Græcorum ergo servitute Hispania remansit oppressa usque ad tempora Romanorum: medio tempore regno diviso plurium præda diripientium vastationem non potuit fugere, ^(b) quia leonum faucibus cogebatur inferri.

De origine et primis actibus Gothorum.

CAP. VIII.

Igitur quia magnorum petitio me coagit Gothorum originem et acta describere, prout ex diversis historiographorum scripturis recolligere potui, usque ad mea tempora contextui et descripti. Verum cum

^(c) Compl. di-
visæ.

^(c) diversæ sint opinione de Gothorum origine, Claudio Ptolemaeus orbis terræ descriptor egregius refert, in Oceani solo esse magnam insulam nomine Scandiam, quam Pomponius Mela dicit esse positam in Codano Oceani maris sinu, lateribus pandis per longum ducta sese concludens. Et

^(d) Tol. legit
Insulam.

habet ab Oriente ^(d) Vistulam flumen, qui à Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scandiæ trisulcus illabitur Oceano septentrionali, et dividit Scythiam, et Germaniam, et habet ab Oriente vastissimum lacum de quo egreditur fluvius dictus Vagi, quasi eius ute-

ro generatus, et transiens per partes australes undosus volvit in Oceanum. Ab Occidente immenso pelago circundatur. A Septentrione innavigabili Oceano est conclusa. Et licet in Scandia insula multæ et diversæ maneant nationes, septem tantum nomina eorum meminit Claudio ^(e) Ptolemaeus, scilicet Gothi, Vesegothi, Ostrogothi, Dani, Rugi, Arothi. Thanii, quibus postea ^(f) Rodulphus Rex fuit, qui audita virtute Regis Theodorici, contempto proprio regno eius militiae sese dedit. In cuius Scandiæ quadam parte tanta est frigiditas, quod apes ^(g) nusquam reperiuntur, et circa solstitium æstivale XL. diebus et noctibus continue lux habetur, et in solstitio hiemali eodem dierum et noctium numero nox continua tenebrescit. Sunt et ibi aliæ gentes, ^(h) qui velut Turingi eximiis utuntur equis, et pelles sapphirinas cum aliis gentibus commercantur, et decora nigredine pellum, cum vivant inopes, ditissime vestiuntur: Ostrogothi item et Dani, qui ex ipsorum stirpe progressi Herulos propriis sedibus expulere. Hæ itaque gentes corpore et animo grandiores pugnabant sævitia belluina. Ex hac ergo ⁽ⁱ⁾ Scandia insula quasi gentium officina, et nationum vagina, Gothi cum Rege suo nomine ^(j) Veric quondam memorantur egressi, et quam cito terram exeuntes à navibus attigerunt, dedere illico nomen loco Gothiscandiam nominantes, et locus ille ^(k) hodie Gothiscandia appellatur. Et inde venientes ad sedes Ulmerrugorum qui tunc in ripis Oceani habitabant, commisso proelio, eos à propriis sedibus ^(l) per-

^(e) Compl. Pto-
lomeus.

^(f) Compl. Re-
douphus.

^(g) Al. num-
quam.

^(h) Al. qua.

⁽ⁱ⁾ Al. Scantbia
Compl. ubique
legit Schantia.

^(j) Al. Verius.

^(k) Compl.ad-
buc bodie.

^(l) Tol. et
Compl. expule-
runt.

pulere , eorumque vicinos Vandalo subiugantes suis victoriis applicarunt , et diversos Reges ex suo genere habuerunt.

De opinionibus originis gentis Gothorum , et commendatione eorum.

CAP. IX.

Post mortem Veric regnavit in eis Gadaric , qui fuit magnificus triumphator , et multos in Scythia , et Gepidia , quæ nunc Dacia dicitur , populos subiugavit. Post hunc filius eius Philemer : et videns Philemer Rugorum terram ubertatis penuria laborare , dedit consilium , ut ab illis sedibus transmigrarent. Et cum diu sedes altissimas et congrua loca perquirerent , ad ulteriores Scythiae terras venit , ubi regionis ubertatem et votiva gaudia admiratus , decrevit , ut in propriis residere. Et cum terram requireret ut explorans , et pontem in vasto flumine reperisset , et regionem ultra placidam perspexisset , decrevit regionis intima peragrare: et parte exercitus iam transmissa , pontis structura corruit transeuntium pedibus^(m) conquassata , nec transmissis licuit remeare , nec aliis transvadere. Is enim locus (ut fertur) paludibus tremulus concluditur voragine circumiecta , qui utraque confusione impervius invenitur: verumtamen adhuc hodie et voces armentorum audiri , et indicia hominum deprehendi quamvis à longe commeantum , relatio⁽ⁿ⁾ protestetur. Pars vero Gothorum , quæ apud Philemer citra remanserat , optatum potita solum

ad gentem Spalorum advenit , ubi conserto prœlio victoram sunt adepti: exinde ut victores ad extremam partem Scythiae quæ adiacet Ponto mari , cum triumpho venerunt , et Scythiam suis victoriis subiecere. Et quia ibi diutius resederunt , et^(o) regimen tenuere , Scythæ ut indigenæ sunt vocati. Et licet Gothi ad gentes alias sæpius divertissent , rectores suos in Scythia dimittebant , penes quos gentis tuitio consistebat. Hæc quæ diximus de gentis Gothorum principio , Abavius descriptor gentis Gothorum egregius verissima historia attestatur , in quam sententiam multi de maioribus consenserunt. Iosephus quoque annalium relator verissimus , qui veritatis regulam et causarum origenes retraxit fideliter , et Isidorus Gothicæ gentis indigena , et Chronicorum dissertor optimus , hæc quæ diximus de Gothorum principio cur omiserint , ignoramus. Sed tantum ab hoc loco eorum prosapiam memorantes , Iosephus Scythes , Isidorus Getas asserunt appellatos. Sed cum de eorum antiqua origine opiniones variæ habeantur , plus occultat varietas , quam declarat. Iosephus dicit de Magog filio Iaphet Scythes^(p) et Massagetas processisse. Unde quidam nituntur ea quæ Ezechiel Propheta contra Gog et Magog spiritualiter prophetavit , Gothorum actibus adaptare. Isidorus Doctor , nullius scientiæ expers , eos Getarum , sive Scytharum docet ex genere processisse , et e littera mutata in o Getæ dicuntur Gothi. De quibus Poeta :

Mortem contemnunt laudato vulnere Getæ.

Sed

(m) Compl. con-
cassata.

(n) Compl. pro-
testatur.

(o) Al. Regnum
tenuere Scythi-
cum , indigenæ.

(p) Compl. qui
et Massagetae.

Sed Iosephus et Isidorus , quia or-
tum eorum à Scandia omisere , Scy-
thas et Getas ab incolatu patriæ,
non ab origine appellarunt. Hi
septemtrionalia iuga tentantes , Scy-
thica regna montibus ardua posse-
derunt : et pars illa adhuc hodie
Gothia appellatur. Interpretatio
autem nominis eorum est lingua
nostra fortitudo , et re vera ; nul-
lius enim gentis strenuitas ita re-
gnis et imperiis se obiecit. In pri-
mo enim egressu à Scandia gentem
stolidam Ulmerrugorum et Van-
dalorum à suis sedibus eiecerunt ,

(q) Tol. Velo-
sum Compl. Ve-
sosum.

iuga Scythica subiecere , (q) Ve-
xorem Regem Aegypti proelio fu-
gavere , Asiam subiugarunt , et eo-
rum aliqui inibi remansere , ex
quibus Parthi , ut dicitur , proces-
sere. Horum feminæ relictae à vi-
ris armis in proeliis claruere , et
partem Asiæ subiecere , Arme-
niam , Syriam , Ciliciam , Galatiam ,
Pisidiā , Ioniam , et Aeo-
liam , domuere. Telephus Rex Go-
thorum vicit Danaos , interemit
Thersandrum , insecutus fuit Ulys-
sem , Cyrus famosus à (r) Tomyri-

(r) Compl. Tha-
mari.
(s) Compl. Idas-
pis.

fuit occissus. Darius filius (s) Hy-
staspis , et filius eius Xerxes ab
Anciro Rege Gothorum inferiores
in proelio sunt inventi. Hos Ale-
xander vitandos docuit , Pyrrhus
pertimuit , Cæsar exhorruit. Cum
Pompeius pro arripiendo Reipu-
blicæ principatu contra Iulium
Cæsarem arma movit , et isti ce-
teris fortius dimicarunt. Thraciam
irruere , Italianam vastavere , Romam
ceperunt , Veronam ædificarunt
nomen imponentes , quasi vœ Ro-
ma in odium Romanorum , et Gal-
lias sunt aggressi , Hispanias sunt
adepti , ibique apud Toletum

sedem vitæ et (t) imperium lo-
cavere. Hi postquam Scandiam
reliquerunt , in tabernaculis et
tentoriis habitarunt , terras ube-
res seminabant , nusquam muni-
tiones , vel domicilia fabrica-
bant : et licet terras , et civitates ,
et oppida subiugarunt , semper
bellis et vastationibus insistebant ,
contenti dominio populorum , præ-
dis divites et tributis. A sui prin-
cipio ferocitati dediti belluinæ , vix
humanæ rationis debitum attende-
bant. At postquam mores aliarum
gentium videre et urbes , huma-
niores effecti , benignitatem et man-
suetudinem induere , adeo quod et
philosophos habuerunt , ad quorum
sapientiam humili studio pervene-
runt. Diu propriis ducibus se re-
xerunt , et postea regale fastigium
ascivere , quod et sacerdotio orna-
vere. Hos omnes Europæ populi
tremuerunt. Alpium obices his ces-
serunt. Post exterminium Scythicæ
gens Vandala à Pannonia non tam
eorum præsentia fuit trita , quam
opinione fugata. Eorum impetu
Alani sunt extinti. Suevi inter
(u) confractuosos Hispaniarum an-
gulos eorum armis periculum finis
sunt experti , et regno quod de-
sidiouse tenuerant , turpiori dispen-
dio caruere. Libertatem semper
bello quam pace potius servave-
re. In bellandi necessitate vires
precibüs prætulere , et in armis
spectabiles , hastis et iaculis , ar-
cubus et sagittis , ensibus atque
clavis , equestri et pedestri pro-
elio confligebant : cura tamen equo-
rum carior illis fuit : talis et iacu-
lis pro recreatione præludere affe-
ctabant. Ludorum certamina usu
gerebant in armorum experientia.

(t) Compl. im-
periis.

(u) Compl. an-
fractuosos.

So-

Solo navalis belli exercitio caruerunt usque ad tempora Sisebuti, sub quo ad tantam gloriā per
(x) Compl. insigniis.
(y) Al. Quærunt autem naturaliter magnanimi, et audaces, ingenio faciles.
(z) Compl. et Al. præpollentes.
(a) Al. duri vulneribus.

venerunt, ut victoriarum ^(x) insignibus non solum terras, sed et ipsa maria subsulcarint. ^(y) Fuere autem magnanimi, et audaces, et naturaliter ingenio faciles, et subtiles, in proposito providi, et constantes, gestu et habitu approbadи, viribus ^(z) pollentes, statura ardui et proceri, ^(a) diri vulneris, manu prompti, corpore validi, membris apti, dispositione compositi, et coloris albi.

De situ Scythiae, et de Gothorum exercitus regimine.

CAP. X.

(b) Al. instar. **S**cythia siquidem Germanæ terræ confinis, ab Occidente, ubi ^(b) Ister amnis oritur, dilatatur, habens ab oriente Seres, in sui principio Caspii maris litus, ab Occidente Germanos et flumen Vistula, à Meridie Ponto et extremo alveo Danubii terminatur. In principio ^(c) Scythiae sunt montes Riphæi, qui Asiam dividunt et Europam, ex quibus oritur Tanais fluvius, qui in palude Mæotica finem facit. In Scythia autem prima gens ab

(c) Al. et medio Scythiae.

^(b) *Gradivumque patrem Geticis qui præsidet* ⁽ⁱ⁾ *arvis.*

Unde Goths Martem semper cultura asperrima placavere, opinantes bellorum præsulem captorum sanguine complacandum. Tertia vero sede super Ponticum consederunt,

^(j) *Armeniosque arcus Geticis intendite nervis.*

Habuere et carmina, et modulationes, et instrumenta musica,

Oriente sunt Gepidæ, ad Aquilonem Mysia, ab Africo magnus Danubius, ab Occidente Venetiarum natio populosa, quorum nomina, licet nunc per varias familias et loca mutentur, principaliiter tamen Sclavi nominantur. Goths ergo descensis Alpibus quibus inhabitabant, destructa Græcia, Macedonia, Ponto, et Asia, et Illyrico, Macedoniam et Illyricum annis fere quindecim tenuerunt, et post iuxta Mæotidem, quæ fuit eis prima sedes Scythiae, commorantes, Philimer Regem habuisse noscuntur. In secunda, id est Daciae et Mysiæ, ^(d) Zeutam eruditum philosophum habuerunt; post hunc Dicenium, post hunc ^(e) Zamolkem, quem miræ philosophiæ et eruditionis historiographi protestantur. Nec defuerunt eis qui eos in sapientia erudirent, unde et Goths sapientiores pene omnibus barbaris extitere, Græcis pene consimiles, ut refert ^(f) Dion, ^{(f) Compl. Dio.} qui eorum historias composuit græco stilo, et generosos dicit inter eos Pileatos vocari, ex quibus Reges et Sacerdotes ordinabantur, et adeo laudatos in bello probavit, ut Mars quem Poetæ Deum belli pronuntiant, ex eis dicatur ortus fuisse. Unde ^(g) Vergilius:

(g) Compl. Virgilii.
(b) Compl. et Martem patrem.
(i) Compl. armis.

iam humaniores et prudentiores effecti, et divisi per familias castra figebant. Arcus ex nervis magno studio compingebant. Unde Lucanus:

et psallentes.

(j) Armeniosque ita habet Compl.

De

(k) Compl. et
Al. *Atbanauso.*

D& Tanai et ortu Parthorum.

CAP. XI.

(l) Compl.
Amazonarum.

(m) Compl. et
Al. *Vesosus* hic
et infra.

(n) Compl. et
Al. *Tanausus.*

(o) Compl. pe-
ne.

(p) Compl. non
habet sive exu-
les.

Scythis quos ^(l) Amazonum viros prisca tradit auctoritas, ^(m) Vexores Rex Ægypti bellum intulit, in quo à Gothorum exercitu victus fuit, quibus præerat Rex ⁽ⁿ⁾ Tanais; et nisi Nilus et munitiones quas propter incursus Æthiopum Vexores fecerat, obstitissent, eum cum patria extinxisset. Cumque eum ibi positum lædere non valeret, revertens, ^(o) fere totam Asiam subiugavit, et Formi Regi Medorum tunc sibi caro ad persolvendum tributum subditam esse fecit, ex cuius exercitu non nulli victores provincias subditas contuentes in omni fertilitate pollere, deserto suorum agmine in Asiæ partibus resederunt. Ex quorum genere dicit Pompeius Trogus Parthorum prosapiam descendisse. Unde et lingua Scythica Parthi, id est fugaces ^(p) sive exules dicuntur, suoque generi respondentes, inter omnes pene Asiæ nationes soli sunt sagittarii et acerrimi bellatores. De nomine vero Parthorum aliqui ethymologiam traxerunt, ut dicerentur Parthi, quasi parentum fugaces, quia à parentibus recesserunt.

*De feminis Gothorum, quæ po-
stea dictæ sunt Amazones.*

CAP. XII.

(q) Compl. et
Al. *Tanausum.*

Hunc ergo ^(q) Tanaim post mortem sui inter numina posuere, post cuius decessum exercitus eius collocatis ibi feminis ad gentes

alias diverterunt, quibus diutius immorantibus, mulieres coactæ ad incursus hostium arma sumpsere, ex quibus aliquæ rediere ad viros, aliæ remansere. Illæ autem quæ remansere, in prædam à vicinis gentibus tentabantur, sed doctæ armis fortiter restitere, hostesque super se venientes cum magna vercundia abegerunt. Eodem tempore fuere apud eos qui in Scythia remansere, duo iuvenes elegantes ex regali progenie procreati, alter Plinius, alter ^(r) Scolpythus vocabatur, qui egressi de terra sua cum multitudine iuvenum, habitaverunt iuxta fluvium qui dicitur ^(s) Thermodon. Incolæ autem eius terræ eos et suos bellis et factinibus occiderunt. Mulieres vero eorum de virorum interitu condolentes, paucos qui evaserant occidere, ut omnes viduæ pari fletu virorum sanguinem vindicarent; nec exinde maritalia gaudia admisserunt, sed tantum pugnis et præliis institerunt. Cum quibus autem pacem habebant, concubitus se tradebant, et partus tempore masculos enecabant, et feminas reservabant, et dextras mammillas abscidere decrevere, ut armis et sagittandi officio expeditius ute- rentur. Virgines autem earum, spretis officiis mulierum, armis et venationibus insistebant, quæ audi- dentes alias feminas sui generis à Gothis relictas præliis exerceri, in earum coloniam transierunt; quæ omnes simul fretæ, maiori audacia se ad invicem cohortantes, quia sine principatu incertius ferebantur, duas prudentiores et audacio- res ^(t) Lampedo videlicet et Mar- pesiam elegere, easque principatui

(r) Compl. *Sco-
lopeius.*

(s) Tol. *Terme-
dontus* ita etiam
Compl. sed Al.
Termeloontus.

(t) Compl.
Lampedo hic et
infra.

præ-

præfecere. Quæ dum curam rerum gererent, et propria defendantes aliena vastarent, sorte Lampedo cepit fines patrios contuendos: Marpesia vero, seminarum agmine sumpto, novum genus exerci-

tus attentavit, et in Asiam proficiens diversas gentes bello contrivit, alias pace concilians ad Caucum remeavit, ibique certum tempus demorans locum saxum Marpesiæ appellavit. Unde et Vergilius:

Ac si dura silex, ^(u) aut stet Marpesia cautes.

Hic ergo multum temporis Amazones confortatae, inde egressæ

^(x) Tol. Tales. ^(x) Tale fluvium transiere, Arme-

niam, Syriam, Ciliciam, Galan-

^(y) Compl. et Al. Asiae loca.

^(z) Compl. exi- tu.

reversæ Ioniam Æoliamque dedi-

tas sibi provincias effecere. Ubi

diutius dominantes, civitates ca-

straque suo nomine dicavere.

Ephesi quoque templum Dianæ

miræ pulchritudinis ob sagittandi

ac venandi studium, quibus se ar-

tibus dedicarunt, effusis opibus

condidere. Tali ergo casu ex Scy-

^(a) Compl. et Al. victoriæ.

thia genitæ feminæ potitæ ^(a) victo-

ria, per centum fere annos regna

Asiæ tenuere, et sic demum ad

proprias socias in cautes Marpe-

sias quas superius diximus, ad

montem Caucum repedarunt.

Quæ videntes proles suas raresce-

re, à vicinis gentibus concubitum

petiere, ita ut facta nundina ^(b) in

anno semel masculis misceantur,

et eadem die futuro tempore re-

vertentes concubiti se concedunt,

patribus masculos, sibi feminas

reservantes, et armorum usui de-

putantes. Dum vero hæ feminæ

partes Asiæ devastarent, Persarum

exercitus supervenit, qui cum fe-

minis bellum aggressi, XL. millia

feminarum cum Marpesia occide-

re. Post Marpesiam Sinope filia

^(c) Compl. Ori-

dria hic et infra.

thyia, quæ adversus Menelaum et

Herculem movit bellum, et plus

dolo quam pugna Orithyia victa,

ab Hercule fuit capta, et de exer-

citu seminarum fere centum mil-

lia in ore gladii cecidere. Hercu-

les autem restituit Orithyiam so-

rori suæ ^(d) Antiopæ, quæ cum

Orithyia corregnabat. Postea Ori-

thyia misit ad Scythiam, ut Scy-

thæ auxilium sibi destinarent, quo

contra magnum Herculem prœ-

lium repararet. Arpedo autem re-

gnabat illo tempore apud Scythes,

qui recolens Amazones ex Scy-

tharum, seu Gothorum genere

processisse, dolens tam insignes

feminas deperisse, misit filium

suum in auxilium Amazonum cum

magna multitudine bellatorum, à

quorum facie ^(e) veritus Hercu-

les in Græciam se recepit. Post

Orithyiam suscepit regnum Pen-

thesilea, quæ audiens Græcos in

Troiae exterminium advenisse, suc-

cursui se contulit Troianorum cum

LXX. millibus armatarum, et ibi

strenue multa gessit. Tandem ibi-

dem cum multis ex suis ab Achil-

le dicitur imperfecta. Post Pen-

thesileam ^(f) Thalestris suscepit re-

gnum Amazonum. Hæc, ^(g) acta

pace cum Alexandro, qui et Pa-

ris, Græcos desiit infestare. Erant

autem Amazones varia veste com-

positæ, capillis à fronte tonsis, à

cervice demissis, mammillis dex-

^(d) Compl. An-

tiabi.

^(e) Al. victus.

^(f) Tol. et Compl. Talisae-

ridis.

^(g) Compl. et Al. facta.

tris abscissis, sinistras strictura tunicae coarctabant. Et erant eo tempore plusquam ducenta millia armatarum. Et haec Gothorum feminæ usque ad Iulium Cæsarem regnum egregie tenuerunt: exinde usque ad haec tempora regnum tenent in terra quæ vulgariter dicitur Feminea.

De actibus Gothorum, et Amazonum, et de Telepho, et de Eurypylo Gothorum Regibus, et Regina Tomyri.

CAP. XIII.

Sed quia de viris Gothorum sermo assumptus fuerat,^(b) et quanta fuerit gentis illius gloria, de feminis fecimus mentionem quarum fortitudine hoc probatur. Orosius dicit Gothos Regem nomine Telephum post multa tempora habuisse. De quo Juvenalis,

.....*Impune diem consumpserit ingens
Telephus.*

Is ergo Telephus Herculis filius, sorori Priami fuit coniugio copulatus, procerus corpore, sed terribilior in vigore, qui paternam fortitudinem propriis viribus æquans, genas et formam similitudine præferebat. Huius regnum Mysiam appellavere maiores. Cum itaque Hercules tempore Gedeonis fuisse dicatur, et ante Telephum filium Herculis plures Reges habuerit gens Gothorum, scilicet Veric, et Gadaric, et ⁽ⁱ⁾ Philemer, et Zamolxem, et ^(j) Tanaim, et diu post, Telephum filium Herculis, et Hercules fuerit tempore Gedeonis, qui iudicavit populum Israel centesi-

mo octogesimo quinto anno, et ita videtur, quod multis annis ante tempora Gedeonis Gothi à Scandia sunt egressi. Is ergo prædictus Telephus habuit bellum cum Danais, in qua pugna ^(k) Thersandrum ducem Græciae interemit, et dum Aiacem infestus invadit, Ulyssemque prosequitur, ictibus equo cadente ipse corruit, Achilisque iaculo femore sauciatus diu mederi nequivit: Græcos tamen, quamvis saucius, ex suis finibus propulsavit. Telepho vero defuncto, ^(l) Eurypylus successit in regno ex Priami Regis germana progenitus, qui cum ob Cassandræ amorem bello interesset Troiano, parentibus soceroque ferre auxilium cupiens, mox veniens est extinctus. Post longa vero tempora Cyrus ille famosus Rex Persarum, cum ^(m) Tomyris Regina Getarum sive Massagetarum sibi existabile bellum inferret, transmisso

Araxe fluvio, mortis et regni pœnas subivit, cuius caput abscissum Tomyris in utrem humano sanguine plenum misit dicens: "Satia-re sanguine quem sitiisti." Tunc Regina Tomyris adepta victoriam tantamque prædam, in partem Mysiæ, quæ nunc Amazonia dicitur, victrix abscessit, et mutato nomine minorem Scythiam appellavit, et civitatem Tamer à suo nomine ædificavit, et adhuc hodie ⁽ⁿ⁾ succestrices earum feminæ agentes militiam, strenuæ habentur in opere militari, et terra earum adhuc hodie dicitur vulgariter Feminea.

^(k) Compl.
Thessandrum.

^(l) Compl.
Eurypylus ubique.

^(m) Tol. toto
capite legit *A-tamiris*: Compl.
Atbamaris.

⁽ⁿ⁾ Compl. et
Al. *successores.*

⁽ⁱ⁾ Compl. ubi-
que legit *Pbili-
mer.*

^(j) Compl. et
Ad. *Tanausum.*

De victoriis Gothorum contra Persas et Græcos.

CAP. XIII.

(o) Tol. et Com.
pl. Hydaspis.

Post hæc Darius filius (o) Hystaspis Rex Persarum, Anchiri Regis Gothorum filiam in matrimonio postulavit, rogans pariter et deterrens, nisi suam perageret voluntatem. Cuius affinitatem Gothi spernentes, legationem et petitionem pariter frustravere; qui quia repulsus, et dolore stimulatus, contra ipsos egit exercitum septingentorum millium armatorum, navibusque pene à Chalcedonia usque ad Byzantium instar pontium tabulatis, duobus mensibus fatigatus octo millia perdidit armatorum. Timens autem ne pontem eius adversarii occuparent, celeri fuga in Thraciam repedavit, nec Mysiae solum credidit esse tutum. Post cuius decessum Xerxes filius eius paternas iniurias ulcisci desiderans, de suis septingenta millia, de auxiliantibus vero (p) trecenta millia habuit armatorum. Naves rostratas mille ducentas, quæ ad navale bellum rostris ferreis armabantur, onerarias autem (q) ad tria millia legitur habuisse. Et contra Gothos profectus (r) bellum non fuit ausus tentare, sed eorum animositate et constantia superatus absque certamine confusus recessit. Philippus quoque Pater Magni Alexandri cum Gothis amicitias foederans,

(p) Al. quatuor-
centa.(q) Compl. non
habet ad.

(r) Compl. ad.

(s) Compl. Me-
dumpam Gudile
Regis filiam.

(s) Olympiadem Neoptolemi regis Molossorum filiam accepit uxorem, ut tali affinitate roboratus Macedonum regna firmaret. Qua tempestate Philippus inopiam pecuniae passus, Odissicanam Mœ-

siæ civitatem, quæ propter viciniam Tomyri Reginæ Gothidi erat subiecta, vastare curavit. Sed sacerdotes Gothorum qui (t) Pileati vocantur, patefactis portis, cum citharis et vestibus candidis obviam (u) egressi, patris diis, ut sibi propitiæ Macedones repellerent, voce supplici modulantes: quos Macedones sibi fiducialiter occurrere contuentes, (si fas est dicere) ab inermibus torrentur armati, et soluta acie quam ad bellandum, non ad urbis excidium (x) construxerunt, inito foedere ad (y) propria sunt reversi. Quem dolum cum post longum tempus cognovisset Sitalcus egregius doctor et ductor Gothorum, CL. millia pugnantium congregavit, et Atheniensibus bellum intulit, in eis Perdicca tunc regnante, quem Alexander, apud Babyloniam ministri insidiis portans interitum, porrecto annulo in Atheniensium principatu reliquerat successorem: magnoque proelio (z) in hoc inito Gothi inventi sunt pro victoria superiores, et pro iniuria quam (a) in Mœsia Græci fecerant, Gothi in Græcia discurrentes cunctam Macedoniam vastaverent.

(t) Compl. pii.

(u) Compl. et
Al. egressi sunt.(x) Compl. et
Al. construxer-
rant.

(y) Al. patriam.

(z) Compl. cum
hoc.(a) Al. cum My-
sia.*De sapientibus Gothorum et Consiliariis eorumdem.*

CAP. XV.

Deinde regnavit in Gothis (b) Borvista, et venit ad eum in Gothiam Dicineus, quo tempore Sylla in Romanis habuit principatum, et Dicini consilio Germanorum terras (c) quas Franci detinent, occuparunt, et dedit ei Borvista fere

(b) Al. Borvisti.

(c) Compl. et
Al. quas nunc
Franci.

regiam potestatem. Gothorum regnum Cæsar qui pene totum mundum suo subiecit imperio, crebro pertentans, non potuit subiugare, neque Caius Tiberius Imperator tertius Romanorum, licet saepius attentarit. Gothi autem hoc commodum, hoc salubre, hoc votivum, hoc agendum in agendis et in iudiciis iudicabant, quod Dicineus eorum consiliarius approbabat. Ipse autem mores eorum barbaricos immutavit, ipse fere omnem Philosophiam, Physicam, Theoricam, Practicam, Logicam, dispositiones XII. signorum, planetarum cursus, augmentum lunæ et decrementum, solis circuitum, Astrologiam, et Astronomiam, et naturales scientias Gothos docuit, et ex belluina ferocitate homines et philosophos instauravit. Hæc et alia Dicineus Gothis peritia sua tradens, mirabiliter eniit apud illos, et non solum mediocribus, immo et Regibus imperavit. Elegit præterea nobiliores et prudentiores, fecitque Sacerdotes, quos ad Theologiam instituens vocavit speciali nomine Pilatos, et quia ^(d) tiaris capita palliabant, arbitror sic vocatos. Decedente vero Dicineo, pene pari veneratione Eumosicum habuere, quia nec impar in sollertia habebatur. Etenim Rex et Pontifex ob sui peritiam illis fuit, et in summa iustitia populos iudicabat. Et hoc rebus humanis exempto, ^(e) succedit in regno post multa tempora Dorpaneus.

^(d) Compl. et
Al. successit.

*Iterum de bellis Gothorum, et
Ostrogotha, et Gniva Regibus
eorum.*

CAP. XVI.

^(f) **A**nno XII. ante Æram conditam usque ad Æram CXXV. in qua regnavit Domitianus, et fiunt anni CXXXVII, scriptum non reperi, et ideo hic omisi. Demum autem Domitiano imperante Æra CXXV, Gothi eius avaritiam metuentes, fœdus quod cum aliis principibus pepigerant, ^(g) dissolventes, ripam Danubii diu possessam à Romano imperio, deletis militibus cum eorum ducibus, vastavere. Caput ^(b) Oppii Sabini, qui inibi Romanis præerat, abscindentes, castella, et civitates, et oppida Romanis subdita devastarunt: qua necessitate Domitianus cum omni virtute sua Illyricum prope ravit pene Republica iam exhausta, et Fusco eis prælato cum electissimis viris, amnem Danubii consertis navibus instar pontis transire coegit contra exercitum ⁽ⁱ⁾ Dorpinei. Tum Gothi insignes reperti arma capessunt, primoque conflictu Romanos devincunt, Fuscoque duce imprimis extincto castra militum divitiis spoliant Romanorum, magna potiti gloria per loca proceres suos pro gloria et fortuna Semideos vocaverunt. Hi autem licet communiter dicarentur Gothi, illi ^(j) autem qui in Scythia commorantes in Orientali plaga manebant, Ostrogothi, qui in Occidentali, Vesegothi specialiter vocabantur. Et gens ista mirum in modum, in ea parte Scythæ qua manebat, in Ponti litore tan-

^(f) Compl. De
gestis Gothorum
a XII anno an-
te æram.

^(g) Al. dissol-
verunt.

^(b) Tol. et
Compl. Op. ii.

⁽ⁱ⁾ Compl. te
Al. Darpanai.

^(j) Compl. non
habet autem.

tanta terrarum spatia , tot sinus
(k) Compl. cur- maris , tot ^(k) concursus fluminum
sus. tenens enituit , ut Vandalus et

(l) Al. Scando- Margomanus ^(l) Squadrorum Prin-
rum , vel Scan- ceps eorum essent ^(m) subditi. Fasti-
diorum. da Rex Gepidarum ab Ostrogotha
(m) Compl. et Rege Gothorum , aut bellum sibi
Al. subditi ser- parari , aut terræ spatium legatio-
vitutis. ne præmissa petiit derelinqui. Tunc
Ostrogotha , ut erat animi solidi, respondit relatis , bellum tale se
abhorre , durumque fore et omni- no scelestum configere cum pro-
pinquis , loco vero non cedere

(n) Compl. et ⁽ⁿ⁾ fore dignum. Gepidæ autem in
Al. ferens. bella irruunt , et inclinata parte
Gepidarum , Rex eorum pudendis opprobriis ad patriam fugit bello
coactus. Victores Goths discessio-

(o) Al. conten- ne ^(o) contenta in sua patria toto
tus. Compl. le- tempore feliciter remanserunt. Post
git contempta. decessum Ostrogothæ Gniva ad
(p) Al. regnum. ^(p) regimen sublimatur , qui exer-
citum dividens in duas partes , unam partem ad vastandam Mœ-
siam dirigit , quæ negligentibus Principibus fuerat destituta ; ipse
vero Philippopolim ire festinat , et diu obsessam invadit , prædaque
potitus Priscum ducem qui inerat , foederavit , quasi cum Imperatore
Decio pugnaturus , qui Decius cœ-

Æra 267. pit regnare Æra CCLXVII. Ad
conflictum igitur venientes , illico

(q) Compl. fu- Decii filium sagitta crudeli ^(q) vul-
nere sauciavit. Quod pater adver- tens , ad confortandos animos fer-
tur dixisse , perditione unius mili- tis ^(r) nihil est Reipublicæ diminu-
tum : affectu tamen paterno com- patiens hostem invadit , aut mor-
tem , aut ultionem filii exposcen- do , dispositoque proelio finem con-
sequitur vitæ , Imperii , ultionis.

*De Gallo , et Volusiano , et Clau-
dio Imperatoribus , et pugnis
eorum cum Gothis.*

CAP. XVII.

Defuncto autem Decio , Gallus
et Volusianus filius eius regnum adepti sunt Romanorum , et regna-
vere annis duobus , Æra CCLXX. Æra 270.

Gallo autem in fata cedente , Gal-
lienus per se arripuit principa- tum Æra CCLXXI. tempore Æra 271.

cuius Gothorum exercitus cum
multis navibus per Hellespontum in Asiam transierunt , ubi multas
eius provinciæ civitates , et opu- lentissimum templum Dianæ quod
superius diximus Amazones con- didisse , extractis divitiis succende-
re , et spoliatam Chalcedoniam sub- vertere , quam postea Cornelius ha-
bitus reparavit. Quæ etsi urbis re- giæ dignitatem obtineat , antiquæ
(s) ruinæ ita ^(s) pugnæ posteris signa præfert. legit Compl.

Hac ergo felicitate , victoriis , spo-
liis , prædaque ditati , transeuntes per Hellespontum in suo itinere
Troiam et Illium vastavere , et quæ erant à bello Agamemnonis
vix aliquantulum reparatae , hosti- li gladio iterum feriuntur. Post
tale excidium iterum Asia eorum experta est feritatem. Nam ^(t) An-
chialon civitatem aggressi , quam mari vicinam Sardanapalus Rex
Assyriorum dicitur construxisse , ibi multis feruntur mansisse die-
bus aquarum calidarum recreatio- ne iucundi. Erat ^(u) autem ad infir-
morum efficacissime sanitatem. Exinde ad propria repedarunt.
Cumque regiones Romanis subdi- tas devastarent , Claudius Imper-
ator qui cœpit regnare Æra

(t) Al. Anthio-
loc. Compl. ha- bet *Anthiolos*.

(u) Al. enim.
Compl. erant
enim ad infir-
morum.

Æra 286. CCLXXXVI. occurrit, et ^(x) victores coegit ad primas sedes Scythiae remeare. Romani autem Claudium Augustum, pro eo quod tam fortissimam gentem à finibus Reipublicæ removisset, insigni gloria honorantes, in foro illi aureum clypeum, in Capitolio auream statuam collocarunt.

De Constantino Imperatore, et Geberic et Hermanarico Gothorum Regibus, et eorum bellis.

CAP. XVIII.

Denum cum auxilia plurima Diocletiano et Maximiano Romanorum Principibus præbuissent, succedente Constantino Cæsare Magno, qui cœpit regnare Æra CCCXXVI, aliquamdiu sunt neglecti, eo quod Cæsar Magnus, succendentibus sibi prosperis contra Parthos et Persas, in superbiam tumuisset. Et cum Diocletianus Achillem in Alexandria superasset, et Maximianus Herculeos et ^(y) Quingentinos in Africa attrivisset, cœperunt Romani Gothorum auxilia deditnari. Tunc Goths Sarmatarum regionem aggressi, copiosissimis super Romanos agminibus irruere, et vehementi virtute cuncta deprædatione et gladio vastavere. Adversus quos Constantinus aciem instauravit, ingentique certamine Danubium compulit pertransire, de diversis gentibus virtutis gloria clarus, sed de Gothorum Victoria amplius gloriosus, quem Romani acclamante senatu laude sunt publica prosecuti, quod tantam gentem vice-

rit, quod patriam Reipublicæ reformarit. Goths autem ad iuga propria revertentes, ibidem aliquandiu habitarunt, sed quia licet ^(z) vitia virtutibus non cedebant, iterum contra Romanos rebellia attentarunt, et sub Ariaco et Aurico qui tunc temporis Gothis præerant, Pannoniam et Italiam devastantes, Liguriam invaserunt, et commoditate regionis illecti studuerunt famosissimam Romanæ urbis æmulam in suo nomine condere civitatem, quæ ab aliquibus creditur fuisse Verona, quæ (ut alibi diximus) quasi vœ ^(a) Roma est appellata. Aliqui dicunt fuisse Sicambriam, quæ fuit iuxta paludem Mæotidem ^(b) ædificata. Post

Ariacum et Auricum Geberic succedit in regnum anno Constantini XXVII. Æra CCCLIII. Nam hic cum esset nobilissimus gener, gloriam generis sui avorum magnalibus voluit adæquare, et primicias regni in gente Vandalica cupiens ostentare, contra Huimar Regem eorum bella tentavit, vietumque coegit à patria exulare. Huimar autem et Vandali expulsi à sedibus à Constantino Principe, Pannoniam petierunt, ibique fere per sexaginta annos locatis sedibus, Imperatorum decretis velut incolæ paruere, et post longum tempus à Stilicone magistro Romanæ militiæ, Consule et Patricio, invitati Gallias occuparunt. Ubi finitimos deprædantes, impedientibus Gothis non potuere ad primas sedes in Pannoniam remeare. Nam Geberico rebus humanis exempto, Hermanaricus regimen suscepit in Gothis anno Constantini Imperatoris secundo, Æra CCCLVII. ^(a) Compl. Ro-
^(b) Compl. et Al. popula.

Æra 326.

^(y) Compl. et
Al. Quingentia-
nos.

Æra 353.

Hic

^(x) Compl. vi-
ctos.
^(z) Compl. et
Al. victi à virtu-
tibus non cessa-
bant.

^(a) Compl. Ro-
mae.

^(b) Compl. et
Al. popula.

Æra 357.

Hic multas et bellicosissimas gentes perdomuit, suisque legibus parere coegit, quem merito non nulli Alejandro maximo compararunt. Siquidem cum gentes dominatas haberet subiectas, et apud omnes earum subiectione clarus floreret, non est contentus, nisi gente Herulorum quibus præerat Alaricus, fere trucidata, residuum suæ subiiceret ditioni. Nam gens prædicta quamvis multos sua velocitate subigeret, Gothorum tamen subiacuit stabilitati, ut et ipsa inter gentes reliquas Hermanarico serviret. Post Herulorum cædem Hermanaricus in Venetos arma movit, qui quamvis armis despecti, præ numerositate tamen primo resistere conabantur, et licet ab una stirpe exorti Venetiani et Sclaviani dicantur, hos omnes Hermanaricus subegit, et ut propriis laboribus imperavit.

De ^(c) Hunnis, et morte Hermanarici.

^(c) Compl. et
Al. *Hugnisi* Tol.
ita semper.

CAP. XIX.

Hermanaricus autem Rex Gothorum qui (ut superius retulimus) multarum gentium extiterat triumphator, aliquo vulnere saucius ægram vitam imbecillitate contraxit, et tunc Alamber Rex Hunnorum in Ostrogothos, qui iam à Gothis seiuncti manebant, insiluit, et prostravit. Hermanaricus autem dolore vulneris et Hunnorum potius, vitæ suæ anno ^(d) VX. est defunctus. Cuius mors Hunnis occasionem præbuit prævalendi, ipsique Goths qui remanserant, extinctis pene Ostrogothis et Vespergothis, ad Valentem Imperatorem nuncios transmiserunt, ut partes Thraciæ et ^(e) Mœsiæ eis traderet ad manendum: qui annuit, et petitas terras contulit excolendas, et Danubium transmeantes Daciæ et Thraciæ largitione Principis insederunt.

^(d) Compl. et
Al. CX.

^(e) Compl. et
Al. *Vicesia*.

LIBER SECUNDUS.

De schismate in Athanaricum et ^(f) Fridigernum, et heresi Ariana.

^(f) Al semper
habet *Fridige-*
num.

CAP. I.

Æra 381.

^(g) Al. *fideles.*

^(b) Compl. et
Al. *incepit.*

Primus Gothorum gentis administrationem suscepit Athanaricus Æra CCCLXXXI, et regnavit annis XIII; qui persecutione crudelissima adversus ^(g) fidem commota, contra Goths qui in gente sua christiano nomine censebantur, cædes ^(b) cœpit, ex quibus plurimos qui nolebant idolis immola-

re, fecit martyres, reliquos autem multis persecutionibus afflitos dum interficere præ multitudine abhorseret, dedit licentiam in Romanorum provinciam transmigrare. Æra CCCLXXXIX. Goths in Istrum adversus semetipsos in Athanarico, et Fridigerno divisi, alternis se cædibus devastarunt: sed

sed Athanaricus Fridigernum Valentis Imperatoris auxilio superavit, et ei cœpit potentia præemovere. Verumtamen Fridigernus quasi Subregulus habebatur. Tandem vero ne gentis Gothicæ gloria scinderetur, Fridigernus cum iis qui in Oriente Ostrogothi dicebantur, et Athanaricus cum Vesegothis in Occidente tabernacula metabantur. Tunc Gudila Episcopus eos legem docuit christianam, et scripturas novi ac veteris Testamenti linguam transtulit in eamdem: et Gothi qui hactenus idolatriæ superstitioni dediti gentilibus sacrificiis se vovebant, iam nunc fide suscepta Ecclesias construxerunt, et Sacerdotes evangelicos habuere, specialesque litteras quas eis cum lege Gudila eorum Episcopus tradiderat, habuerunt, quæ in antiquis⁽ⁱ⁾ Hispanorum et Galiarum libris adhuc hodie superextant, et est littera quæ dicitur Toletana. Huius rei gratia legatos cum muneribus ad Valentem Imperatorem miserunt, et doctores propter suscipiendam christianæ fidei regulam postularunt. Valens autem à veritate catholica devius, et Arianæ hæresis perversitate detentus, ut audivit Gothos fidem catholicam suscepisse, applausit eisdem, et missis hæreticis Sacerdotibus Gothos persuasione nefanda sui erroris dogmati aggregavit, in tam præclaram gentem virus pestiferum transfundendo: sicque errorem quem recens credulitas bibit, tenuit, diuque servavit usque ad tertiam Synodum Toletanam, quæ fuit sub Recharedo Principe celebrata. Gothi autem statim ut Valentis litteras suscep-

re, et sibi dogmatis sui Ecclesias construxere, et talia iuxta eumdem Arium de ipsa divinitate documenta sumpsere, ut crederent Filium Patris maiestate esse minorem, et æternitate posteriorem, Spiritum autem Sanctum nec^(j) Dominum esse, nec ex substantia Patris existere, sed per Filium creatum esse, utriusque ministerio deditum, et amborum obsequio subditum: aliam quoque Patris sicut Personam, sic et natram asserentes, aliam Filii, aliam denique Spiritus Sancti, ut non iam secundum sanctæ scripturæ traditionem unus Deus, et unus^(k) Dominus coleretur, sed iuxta idolatriæ superstitionem tres Deos, et Dominos faterentur: cuius blasphemiae malum per decessum temporum, Regumque successum annis pluribus tenuere; qui tandem salutis suæ reminiscentes, et inolitam perfidiam detestantes, ad unitatem catholicæ fidei redierunt

Æra CCCXC.

Æra 390.

De fame Gothorum, et morte Valentis Imperatoris.

CAP. II.

Gothi qui primum Christianos à sedibus suis expulerunt, rursus ab Hunnis et ipsi cum Athanarico et Fridigerno suis Regibus sunt expulsi: transito Danubio, cum vim ferre non possent, Valentis Imperatoris imperio armis depositis se dederunt. Sed ubi viderunt se opprimi à Romanis contra consuetudinem libertatis, rebellia tractaverunt. Verum famis periculo^(l) eminente, Fridigernus et Athan-

⁽ⁱ⁾ Compl. et Al. Hispania-
rum.

^(j) Compl. et Al. imminentia.

(m) Compl. et Al. cæperunt exercitus.

narius qui vice Regum illis præerant, (m) exercitus inopiæ condolare, et immundorum animalium morticina eis dare, ita ut mancipium pro uno pane, aut decem libris carnium mercaretur. Mancipiis autem et supellectili iam

(n) Al. defectis. (n) distractis, filios eorum avarus mercator poscebat, parentes autem saluti pignorum providentes, elegere ingenuitatem potius perire quam vitam, dum qui venditur, vitæ servetur. Contigit illo tempore, ut Dictator Romanorum Fridigernum Gothorum Regulum dolo ad convivium invitaret. Sed cum Fridigernus doli nescius cum paucis convivio advenisset, suorum in prætorio occisorum vox

(o) Compl. et Al. intonavit. (p) Al. ignorata. suspectis auribus (o) intonuit, et voce flebili non (p) ignota, illico velocitate egreditur Fridigernus, suosque socios eripiens ab interitu imminente, ad Romanorum necem instigat. Qui nacti votivam occasionem, elegerunt bello magis quam fame deficere, et Lupicinum

et Maximum duces gladio occidere: et illa dies Gothis famem, Romanis securitatem ademit, cœperuntque Gothi iam non ut advenæ et peregrini, sed ut cives et domini, possessoribus imperare,

(q) Al. septentrionales portas. Compl. totasque partes septentrionales. (q) totasque septemtrionales usque ad Danubium sub iure tenere: quod comperiens in Antiochia Valens Imperator, mox armato exercitu in partes Thraciarum egreditur, ubi lacrimabili bello commisso, vincentibus Gothis in quodam

(r) Compl. et Al. prædium. (r) proelio iuxta Adrianopolim sauciis ipse fugit, ignorantibusque quod Imperator in tam vili casella delitesceret, Gothis ignem, ut

(s) Compl. et (s) assolent, apponentibus, cum Al. assolet.

regali pompa crematur: et merito ipse ab eis temporali crematur incendio, qui tam pulchras animas æternis ignibus tradiderat concremendas. Invenere autem Gothi illo proelio confessores priores ex Gothis, quos dudum propter fidem à suis finibus expulere, et voluere eos participes fieri prædæsuæ, qui cum acquiescere noluisserent, fuere ex eis aliqui interfecti, alii montuosa loca tenentes sibi refugia construxere, et non solum (r) perseveratione Christiani catholici, sed (u) et in concordia Romanorum à quibus dudum excepti fuerant, permandere. Eo tempore Vesegothi Thraciam Daciamque Ripensem post tanti trophæi gloriam, tanquam solum genitale potiti, colere inceperunt.

(r) Compl. per severarunt.
(u) Al. etiam.

De quibusdam vastationibus, et pace Romanorum, et morte Athanarici et Fridigerni.

CAP. III.

Gratianus autem qui cœpit regnare Æra CCCXCI, et regnavit annis VI, post obitum Valentini patrui sui Theodosium qui agnominabatur Hispanus, filium Theodosii Comitis electum præfecit imperio Orientis anno regni sui quinto, et fratrem parvum Valentinianum Romano imperio subrogavit. Qui Valentinianus regnavit cum Theodosio annis VIII. Cum autem esset Theodosius acris ingenii, consilio et virtute præclarus, præceptorum severitatem sic liberalitate et blanditia temperavit, ut remissum exercitum ad fortia provocaret. At vero milites

Æra 391.

D Prin-

(x) Compl.non
habet et.

Principe meliore comperto im-
tendi Gothos fiduciam acceperunt,
eosque Thraciae finibus pepulere.
Sed cum Theodosius pene usque
ad desperationem ægrotasset, Fri-
digernus cum Gothis diviso exer-
citu Thessaliam, Epirum, Acha-
iam, et Alatheos cum residuis co-
piis deprædatus, Pannoniæ super-
venit. Quod cum Gratianus Im-
perator qui à Roma in Gallias se-
cesserat, comperisset, mox ad eos
collecto exercitu venit, et eorum
exercitum cui præerat Fridigernus,
primo adventu prostravit. Sed cum
qui evaserant, ad Athanarici exer-
citum configissent, ^(*) et mox Atha-
naricus deliberavit collegæ sanguinem
vindicare. Sed Gratianus oc-
currens venit ad eos, non tam ar-
mis, quam gratia et muneribus
complanandos, pacemque firmat
victualia concedendo. Quod au-
diens Theodosius, postquam con-
valuit, gratum tullit, et in hanc
pacem ipse consensit, Athanari-
cumque Regem qui Fridigerno
successerat, sibi benignis moribus
et muneribus sociavit, et Constan-
tinopolim accedere invitavit, qui
acquiescens, cum Theodosio urbem
regiam est ingressus, miransque
urbis situm, stationemque navium,
populosque diversarum gentium,
quasi in uno fonte è diversis mun-
di partibus scaturire: "En, inquit,
"cerno, quod incredulus audiebam."
In tali ergo admiratione, maiori-
que à Principe suffultus honore,
obiit paucis mensibus interiectis,
quem Princeps affectionis gratia,
plene plus mortuum quam vivum
honorans, dignæ tradidit sepul-
turæ.

De strage^(y) Radagasi et Stiliconis, et vastatione Italiae.

(y) Compl. *Re-dagaysi* ita sa-pius: Tol. et Al. in sequentibus legunt *Rada-gaysus*.

CAP. IV.

Defuncto igitur Athanarico Æra
^(z) CCCCXIII, attendentes Go-
thi Theodosii benignitatem, Ro-
mano imperio se dedere, fuereque
sine Rege XXVIII annis: et exin-
de dicti sunt Fœderati, quos Theo-
dosius contra Eugenium tyrannum
qui occiso Gratiano Gallias occu-
parat, plusquam viginti millia ar-
matorum fideles et amicos intelli-
gens secum duxit, victoriaque de
prædicto tyranno potitus ultionem
exegit. Sub Theodosio Alani, Van-
dali, et Suevi Hispanias sunt ag-
gressi: Alani Carthaginem et Lu-
sitaniam sortiuntur: pars Vanda-
lorum qui Silingui dicebantur, Bæ-
ticæ resederunt: reliqui Vandali
cum Suevis Gallæciam sunt ade-
pti. Postquam vero Theodosius qui
cœpit regnare cum Gratiano Æra 392.
CCXCII, et regnavit cum eo
annis quinque, et Valentinianus
regnavit Romæ annis septem, et
Theodosius in Oriente post mor-
tem Valentiniani iunioris regnavit
^(a) Monarcha annis decem, et fiunt
in universo anni XVII. Hic pacis
et Gothorum gentis amator fuit,
et rebus excessit humanis Æra
CCCCXII; et successere ei Ar-
cadius et Honorius filii eius, et
regnavere annis XXV: qui luxu-
riose viventes Gothis consueta do-
naria subtraxerunt. Mox Gothis
increvit fastidium, verentibus ne
longa pace eorum strenuitas sol-
veretur, et iudicarunt indignum
se Romanorum subditos potestati,
eosque sequi quorum leges et im-

(a) Compl. Mo-
narchus.

Æra 412.

Æra 423. CCCXXIII. in Radagaso et Alarico divisi, se variis cædibus lacerarunt. Tandem in concordiam veniunt ob excidium Romanorum,

et pari intentione uniforme consilium inierunt, ut ambo pariter corregnarent, Alaricus tamen ^(b) potior haberetur, et ad deprædandas Italiæ regiones ad invicem dividuntur. Sed Radagasus genere

Scytha, cultui idololatriæ deditus, barbaricæ ^(c) inhumanitatis feritate sævissimus, cum ducentorum armatorum millibus Italiæ partes vastatione aggreditur vehementi, spondens in contemptum Christi Diis suis Romanorum sanguinem

^(d) Al. libatu- ^(d) immolaturum. Cuius exercitus ab Stilicone duce Romano in mon-

tuosis locis Tusciæ circumclusus, fame est potius quam ferro consumptus, ipse postremum Rex captus et imperfectus. Quo extincto, consors regni ^(e) alacrius cœpit regnare solus, nomine quidem Christianus sed hæreticus professione. Qui dolens tantam multitudinem Gothorum extinctam, habito suorum consilio, ad Honoriū misit legationem, ut, si permitteret, Goths pacati in Italiæ residerent: sin autem aliter, bello foret agendum. Sed Honoriū utramque pollicitationem formidans, inito consilio cum senatu, ut eos à finibus Italiæ pellerent, provincias longe positas, scilicet Gallias et Hispanias quas pene perdiderant, concesserunt. Goths autem acceptam donationem sacro oraculo confirmatam, et ad patriam sibi tradi-

tam processerunt. Post quorum discessum nihil mali in Italiæ perpetrato, Gothis nihil à Romanis suspicantibus, Stilico Patritius et sofer Honorii, qui fuerat natus de genere Vandalorum, gente perfida et dolosa, in Alpibus Gothos invadere procuravit. Sed Goths recollectis animis, ut solebant, et recolentes tantam multitudinem cum Radagaso extinctam, omnem pene exercitum Stiliconis usque ad internectionem furibundo animo prostraverunt, et in Liguriam quam transierant, redire, eamque prædis et spoliis devastantes, Æmiliam pariter vastavere, et Tusciā discurrerunt.

De destructione urbis, et morte Alarici.

CAP. V.

Et ne ^(f) victrix cædium expers remaneret, Alaricus cum suis in vindictam sanguinis Radagasi aduersus Romam prælium incepserunt, ob sessamque magnæ ^(g) clades impetu irruperunt. Sicque urbs cunctarum gentium victrix, Gothicis triumphis victa succubuit et captiva. Goths autem tantæ fuerunt clementiæ, quod omnibus indulxerunt qui ad Sanctorum limina confugerunt, nec quemquam à Sanctuarīis extraxerunt. Ingressi urbem omnibus pepercerunt, sed iis quos extra loca Martyrum invenerunt, Christi et Sanctorum nomina invocantibus, simili misericordia indulserunt, in reliquis autem, etsi præda hostibus patuit, feriendi licentiam pietas refrenavit. Incursantibus vero Gothis in

^(f) Al. et ne atrox cædium expers. Compl. et ne actrix cædium expers cædium remaneret.

^(g) Al. cædis.

illa vastitate per urbem , dum quidam potens virginem consecratam ætate proiectam in transitu reperisset , eam modeste admonuit , ut si quid apud se auri argenteique haberet , voluntarie exhiberet : illa fideli conscientia , quod habuit , revelavit. Cumque ille vasorum formam et pulchritudinem ex illa antiqua Romanorum opulentia miraretur , virgo ait : "Hæc vasa mihi de sacrario beati Petri Apostoli sunt commissa : præsu-me , si audes : ego sacram hostiam non audeo tibi dare." Gothus ille ad nomen Apostoli magno pavore perterritus , hoc Regi per nuncium nunciavit , qui Rex confestim reportari omnia ad sacrarium Sancti Petri per virginem illam summa cum reverentia , iussit , dicens: cum Romanis se bellum gerere , non cum Apostolis Iesu Christi. Rediit igitur virgo reverentissimis officiis honorata , redeunt et cum illa omnes qui ei se sociaverunt , super capita sua vasa illa aurea et argentea cum hymnis et canticis reportantes. Concurserunt undique ad voces canentium de latibulis agmina christiana. Concurserunt et Pagani Christianis admixti , et dum servos Christi se esse fingerent , calamitatis excidium evaserunt. Capta est itaque Roma ab Alarico anno MCLXIII.

^(b) ditionis suæ. Et ⁽ⁱ⁾ beatus Innocentius Papa primus refert : (qui tunc temporis apud Ravennam positus , ut peccatoris populi non videret excidium) "Illa irruptio non hostis fortitudine sed Dei iudicio acta fuit." Hac tempestate Gothi Placidiam Theodosii Imperatoris filiam , Arcadii et Honorii Impe-

ratorum sororem , cum ingenti auri argenteique thesauro Romæ capiunt , adeptisque multis opibus Romanorum , tertia die eversa urbe , partibus et incensa , incliti et spoliis et victoria recesserunt. Deinde per Campaniam , ^(j) Brutiam , Lucaniamque simili strage bacchantes , Rhegium pervenere. Inde consensis navibus cum ^(k) Siciliam exiguo ab Italia freto divisam transire ^(l) disponunt , infesto mari periclitati , multum exercitum perdider , quibus tanta fuit gloria de Romanæ urbis obtenu , ut nihil mali se passos arbitrarentur , evenitum naufragii victoria compensantes. Post paucos autem dies apud ^(m) Consentiam quam ipse destruxerat , Alaricus morte subita est defunctus XXVII. regni anno Æra CCCCL , quem sui nimia dilectione lugentes , Barsento amne à suo alveo derivato , in medio amne , collecto captivorum agmine , locum effodiunt sepulturæ , in cuius foveæ gremio Alaricus cum multis copiis sepelitur , et loco obiecto rursus amnem proprio cursu reddidere , et ut nesciretur ab aliquo , omnes fossores captivos qui interfuerant , extinxerunt.

De victoriis Athaulphi , et morte eius.

CAP. VI.

Alarico sepulto , ad regni fastigium Athaulphum consanguineum eius , forma menteque consimilem , sublimarunt Æra CCCCXLIX , ⁽ⁿ⁾ Æra 449. et regnavit annis sex , qui etsi non adeo proceræ staturæ , pulchritudine tamen corporis erat in oculis

^(b) Tol. et Compl. conditionis sue.

⁽ⁱ⁾ Compl. et Al. ut beatus.

^(j) Al. Ericiam.

^(k) Compl. et Al. ad Siciliam.

^(l) Compl. disponenterent.

^(m) Compl. Cu-santiam.

Æra 450.

intuentium gratiosus. Hic suscepto regno rediens Romam , si quid remanserat , totum abrasit more consumentium locustarum , nec tantum privatis divitiis , immo publicis Italiam spoliavit , ⁽ⁿ⁾ imperante Honorio resisteret non valente : cuius sororem Placidam quam Gothi Romæ ceperant , tum propter nobilitatem , tum propter pulchritudinem , in Foro Iulii civitate Æmiliae sibi matrimonio copulavit : et Honorio rebus exhausto , iam quasi cognato deferens , reliquit Italiā , et ad Gallias se convertit ; quod cum audissent Burgundiones et Franci qui prius Gallias infestabant , coeperunt se suis finibus coarctare. Vandali , Alani , et Suevi quos Gothi fugaverant à Pannonia , qui et in Galliis se reeperant , relatione maiorum didicerant , qualiter Geberic Rex Gothorum incommodis et cædibus eos in Pannonia coarctarat , et à Gothis coacti ad partes confugerant Galliarum. Unde auditio eorum

^(o) Compl. et adventu , se ad ^(o) Hispanos transtulerunt. Cumque Athaulphus diu Gallias infestasset , ei ut Principi paruere. Confirmato itaque Gothorum regno , Athaulphus audiens insolentias barbarorum , cœpit condolere miseriis Hispanorum , et occurrere incursibus Vandalorum. Dum autem relictis Galliis Hispanias peteret , à quodam suorum apud Barcinonam fuit inter familiares fabulas iugulatus ^{Æra} CCCCLV. Huius Athaulphi et

^{Dan. 11. 6.} Placidiæ matrimonio conantur quidam adaptare prophetiam Danie lis : *Filiam Regis Austri assumet Rex Aquilonis , nec stabit ex eis gerumen* : et vocant Regem Austri

Theodosium , et Regem Aquilonis Athaulphum , nec stetit ex eis gerumen , quia prolem non habuerunt. Sed aliter exponitur in Daniele de Regibus Syriae et Ægypti , nec respectu loci ubi prophetavit , regnum Romanum versus Austrum consistit. Interea Stilico Comes de quo diximus , cogitavit Honorium pellere de imperio Romanorum , et suum filium Eucherium subrogare : sed Honorius stratum bello cum Eucherio filio interfecit.

De Sigerico et Valia , et victoriis in Hispania.

CAP. VII.

Post obitum Athaulphi Princeps Gothis eligitur Sigericus ^{Æra} CCCCLV , et regnavit anno uno. Erat autem Sigericus Romanorum clade in urbe notissimus , statura mediocris , profundo animo , sermone rarus , contemptor luxuriæ , ira turbibus , habendi cupidus , ad sollicitandas gentes prudentissimus , contentionum semina iacere , odia miscere paratus , claudicans equi casu. Hic cum plures haberet filios , sperans regnum filiis proveni turum , ne intestino bello , sicut in reliquis gentibus assolet provenire , populus vexaretur , cœpit ad pacem intendere Romanorum. Ordo in filiis iste fuit : primus ^(p) Gisericus pater et dominus : sequens Hunericus : tertius Guntemandus: quartus Trasamundus: quintus Hildericus. Cum igitur Sigericus proponeret Gothos ob causam filiorum pace diutina detinere , et Romanorum beneplacitis connivere ,

^(Æra 455.)

<sup>(p) Al. Gese-
ricus.</sup>

re , Gothi quorum belli quam pacis potior causa fuit , contra ipsum continuo conspirarunt , et eum factione impia peremere. *Æra*

Æra 456. CCCCLVI. Valia Sigerico in regno succedens , regnum tenuit tribus annis, belli causa Princeps à Gothis effectus ; sed ad pacem divina providentia ordinatus , (mox enim ut regnare cœpit , foëdus cum Imperatore Honorio pepigit) Placidam sororem eius olim captam ei restituit honoratam , promittens Imperatori se propter Rempublicam adiutorem. Itaque ad Hispanias

(q) Al. Principem. per Constantium ^(q) Patricium evocatus , Romani nominis causa barbaris intulit magnas cædes , Vandaloſ, Silinguoſ in Bætica bello prostravit , Alanos qui ^(r) dominabantur

(r) Compl. potestabantur. (s) Al. cessit. ^(s) Vandalis et Sueviſ , adeo ^(r) cecidit , ut extincto Athace ipsorum Rege , pauci qui superfuere ex Alanis , oblii regni nomine , Gunderico Regi Vandalorum qui in Gallæcia ^(t) residebat , sese darent , et dum cum Valia configere tentavissent , non potuerunt eius potentiam sustinere. Devictus itaque

(t) Compl. resederat. cum Vandalis Gundericus fugam in Africam meditatur , et dum à bello Hispaniæ vellet in Africam transfretare , in freto ^(u) Gaditani maris vi gravissimæ tempestatis effractus , memor illius sub Alarico naufragii , omissa navigationis periculo , relictis Hispaniis fugam in Gallias procuravit. Prostratis

(u) Compl. Græditani. igitur Vandalis , Alanis , et Sueviſ , potitus victoria , ab Hispaniis gloriouſ Valia revertitur in Tolosam , Romano imperio fugatis hostibus aliquantas provincias , secundum quod promiserat , derelinquens. Et data est sibi ab Imperatore ob

meritum victoriæ secunda Aquitanica cum provinciis et civitatibus aliquantis. Post hæc apud Tolosam , longa valetudine deprimente , excessit à rebus humanis , qui felix fuerat , licet parum.

De ^(x) Theudoredo , et casu Hunnorum.

(x) Tol. et Compl. semper legunt Theudoremus.

CAP. VIII.

*V*alia Rege defuncto , Theudoremus succedit in regno *Æra*

Æra 459.

CCCCLIX , et regnavit annis XXXIII , qui regno Aquitanico non contentus , pacis Romanæ foëdus recusat , pleraque municipia Romanorum suis cædibus occupavit , Aurelianum nobilissimum Galliæ oppidum obsessum multis vi-

ribus oppugnavit , à cuius obsidione ^(y) eminente virtute Etii Romanæ militiæ ducis non impunitus abscessit. Iussu igitur Valentiniani Imperatoris Etio remoto à militiæ principatu , cum Theudoremus Narbonem urbem fame et obsidione diutina infestasset , rursus à Litorio Romanæ militiæ duce Hunnis auxiliantibus effugatur. Litorius autem dum primum gessisset bella Reipublicæ contra Gothos , denuo dæmonum signis aruspicumque responsis fallaciter circumventus , bellum cum Gothis iniit moriturus , amissoque Romano exercitu , miserabiliter interiit superatus :

fecitque intelligi , quantum illa quæ cum eodem periit multitudo , prodesse potuerit , si fide potius quam fallacibus dæmoniorum auspiciis dimicasset. Extincto igitur Litorio et receptis epistolis Valentiniani , Theudoremus cum Romanis pace in-

(y) Compl. et Al. imminentia.

inita , denuo adversus Hunnos Gallicarum provincias devastantes , atque urbes plurimas evertentes , in campis Catalaunicis contra Hunnos et Regem eorum Attilam bellum assumpsit. A parte Romanorum tanta Etii Patricii cui innitebatur Respublica , virtus enituit , ut in ea parte Hunnorum ferocitas saporetur auxiliantibus Francis , Burgundionibus , Saxonibus , Urionibus qui quondam fuerant Romani milites , sed tunc in auxilium requisiti. ^(z) Sangibanus autem Rex Alanorum metu perterritus futrorum , Aurelianis civitatem Galliae , ubi sistebat , pollicetur Attilæ se daturum. Sed ubi Theudoredus et Etius cognovere , ante adventum Attilæ innectis aggeribus occuparunt , et quia suspectum , custodi ri faciunt Sangibanicum , quem cum gente propria in die belli medium statuere. Attila autem Rex Hunnorum tali discrimine conturbatus timuit experiri , et futura cœpit per aruspices sciscitari , qui prænuntiantes infausta , hoc solatii prædixere , quod ductor adversæ partis occumberet , et sua morte triumphum sedaret. Erat autem in campis illis locus superexcrescens , quem uterque cupiebat exercitus obtinere. Dexteram partem Hunni , sinistram Gothi et Romani cum suis auxiliis occuparunt. Inter quos dextrum cornu tenebat Theudoredus , sinistrum Etius cum Romanis , medium Sangibanus. Ex adverso autem acies Hunnorum ordinatæ in quorum medio cum suis Attila consistebat , ut hac ordinatione ab imminenti periculo servaretur , excepto cornu Attilæ multiplices populi et nationes diversæ

quas suæ subdiderat ditioni , suæ gentis exercitum ambiebant. Attila autem sollicitus super omnes , suos erigit ad certamen. Sed Thurismundus Theudoredi filius , et Etius dux Romanus cruento Marte collis supercilium occuparunt. Arderico Rege Gepidarum qui ob nimiam fidelitatem consiliis intererat et secretis , et Valamer Rege Ostrogothorum qui erat secreti tenax , doli ignarus , blandus alloquio , cum essent audacia strenui , et eos Hunni sæpius infestassent , ne dixerim subiecissent , adiuvantibus supra modum , venientes Hunnos collis beneficio facile turbaverunt. Attila autem videns suos causa dicta turbatos , eos alloquitur , ne qui hactenus invicti extiterant , nunc inferiores invenirentur. Hæc et alia illo dicente accensi , in pugnam præcipitantur , et præsentia Regis cunctationem ^(a) inertibus auferebat , bellum manibus aggrediuntur atrox , multiplex , immane , pertinax , cui simile antiquitas nulla narrat , in quo gesta talia referantur , ut nihil esset quod in vita sua ^(b) conspici potuisset egregius , qui huius spectaculi non fuit contemplator. Tanta enim fuit cruoris effusio , ut fluminis alveus , sicut solet imbris inundare , fluenta traheret mixta cœruleo. Tunc Theudoredus Rex Gothorum , dum adhortans suos , discurreret per exercitum qui pugnabat , cuius telo ^(c) occidit , ignoratur , nisi quod equo desiliens calcantium pedibus conculcatus vitam clausit ultimæ senectutis: hoc fuit quod Aruspices Attilæ prædixerunt. Ibi etiam fuit occisus cognatus Attilæ Laudericus.

^(a) Tol. men-
tibus.

^(b) Compl. et
Al. conspicere.

^(c) Al. cecide-
rit.

Tunc

Tunc Gothi se ab Alanis dividentes, Hunnos fortiter invaserunt, et pene Attilam extinxerunt, nisi quod videns suorum interitum fugit ad castra, et in ambitum quem ex plaustris et scriniis sibi firmaverant, se recepit. Thurismundus autem Theudoredi filius de colle quem cum Etio occupaverat, credens se nocte ad agmina propria remeare, ad carpenta hostium ignarus accessit, quem fortiter dimicantem quidam de equo deiecit capite vulneratum, sed suorum prudentia liberatus à præliandi intentione cessavit. Eius etiam noctis confusione divisus, cum inter hostes medius vagaretur, si quid adversi Gothis acciderat, intrepidus inquirebat, tandem ad castra veniens reliquum noctis scutorum defensione transegit. Die autem posterum clarescente, campos plenos cadaveribus aspexerunt, et tamen Hunni erumpere non ^(d) audebant. Sciebant autem Gothi Attilam non nisi magna clade percussum certamina deviare, quamvis tamen armis teperet, tubis canebat minans incursus, velut leo confosione venabuli provocatus, qui speluncæ aditus obambulando, nec audet insurgere, nec cessat fremitibus vicina terrere. Sic Attila Rex bellicosus licet inclusus suos turbabat. Fertur autem desperatis rebus in supremo agmine de sellis equinis pyram struxisse, ut si irruerent adversarii, flammis se ingereret consumendum, ne aut aliquis eius vulnere lætaretur, aut in potestatem hostium dominus tantarum gentium deveniret. Verum Gothi de ignoto Regis interitu admirati, et quod in eius absentia tanta ^(e) fuit

felicitas subsecuta, doloribus stimulati, exploratum diutius et ploratum, demum inter densissima cadavera repererunt, et cantibus honoratum inimicis spectantibus abstulere, et per globos dissonis vocibus inter bella furentia funeris debitum exolverunt, et subrogati filii gaudium funesto funeri miscuerunt. Thurismundus autem gloriosus pro bello, ut tanti patris decebat filium, peractis lacrimis orbitatis, virtutis impetu in Hunnos mortem patris voluit vindicare, et super hoc Etium Patricium, tamquam seniorem, prudentia ^(f) maturum, duxit in articulo consulendum. Ille vero metuens, ne elevati victoria Gothi consurgerent in Romanos, consuluit ut ad sedes proprias remearet, et regni paterni initium roboraret, ne Germani eius procuratis copiis prævenirent. Quod consilium non ut callide fuit actum, sed ut fides sincera, ut utile acceptavit. Sic enim humana fragilitas dum suspicionibus carere conatur, agenda plerumque rerum occasione relinquit. ^(g) Thurismundus patre mortuo in campis Catalaunicis ubi pugnaverat, et victor extiterat, ad maiestatem regiam sublevatur *Æra CCCCXCII*, et regnavit anno uno, cum patre duabus, qui tamen patri annumerantur. Et licet fratrum et fortium turba gauderet, ipse tamen sic sua initia temperavit, ut nullius reperiret de regni successu certamen. In hoc itaque famosissimo bello ab utrisque partibus tercenta ferme millia cæsa feruntur, exceptis XV millibus Francorum et Gepidarum qui ante bellum mutuis vul-

^(d) Al. valebant.

^(f) Compl. prudentiaque maturum.

^(g) Tol. toto cap. legit *Turismundus*.

^(e) Al. fuerit.

Æra 492.

vulneribus conciderunt. Multa signa cœli et terræ eodem tempore præcesserunt, quorum prodigiis tanta belli crudelitas signabatur. Nam assiduis terræ motibus homines conturbati, à parte Orientis luna fuscata, à solis occasu apparuit stella Cometes, atque ingenti magnitudine ^(b) infausta diu fulsit: ab Aquilonis plaga cœlum rubuit sicut ignis, immixtis per ruborem igneum lineis clarioribus, quæ in speciem hastarum fulgentium rutilabant. Nec mirum si tantarum gentium tanta strages tot portentis divinitus monstraretur.

Attila igitur cognita discessione Gothorum, et tamen dolo metuens procuratam, diu se continuuit intra castra. Thurismundus vero Tolosam à campis Catalaunicis est reversus. Euphromus autem Episcopus ⁽ⁱ⁾ Augustudini innumera occisorum cadavera sepelivit. Igitur Attila Danubium transiens, post bellum Catalaunicum contra Alanos movit ^(j) bellum. Quod cum

Thurismundus Rex Gothorum non imparis gloriae præsensisset, in auxilium Alanorum exercitui Attilæ mox advenit, consertoque prœlio, sicut in campis Catalaunicis, pavenda Romanis vexilla Attilæ effugavit, ipsumque Attilam fugientem coegit ^(k) oblitum olim trans Danubium repetere mansiones: et ille famosus Attila victoriarum dominus, bello gemino consternatus, inglorius effugatur. Thurismundus vero repulsi ab Alanis Hunnorum catervis Tolosam rediit, et pace composita inter suos, dum ^(l) insolentius solito cœpisset agere, anno regni sui secundo, cum de vena sanguinem minuis-

^(b) Al. infausta pronuntians infulsit. Al. lectio habet prænuntians. Compl. rectius legit infausta prænuntians diu fulsit.

⁽ⁱ⁾ Tol. et Compl. Augustuduni.

^(j) Tol. guer- ram ut infra sæpe: guerram etiam habet hic Compl.

^(k) Tol. et Compl. oblitas.

^(l) Al. insolentius.

set, fuit à suo cliente consilio fratum interfectus. Sed ante mortem una manu parvo ganipulo quem tenebat, sui sanguinis ultior fuit, et de insidiantibus aliquos interfecit.

De ^(m) Theudorico, et Regulis Suevorum.

^(m) Tol. Theudoricus toto cap. Compl. hic habet Theodericus, sed infra semper ut Tol.

CAP. IX.

Theudoricus germanus eius post necem fraternalm Æra CCCCXCIII. Æra 493. annis tredecim imperavit, et Rechiarium Suevorum Regem cognatum suum reperit inimicum. Hic enim Rechiarius, ex quo Theudoredi Regis filiam duxerat, de se præsumens, universam pene Hispaniam sibi creditit occupandam, habens sedes Gallæciam et Lusitaniam, è quibus egrediens Hispanias invadebat, cui Theudoricus cognatus suus, ut erat modestus, per legatos pacifice demandavit, ut non solum recederet à finibus alienis, verum etiam nec præsumeret attentare. ⁽ⁿ⁾ Cumque ad eum Theudorici legatio advenisset, tumido animo sic respondit. ^(o) "Si hic murmurans Tolosam venio, ubi sedes, et si poteris, ibi resiste." His auditis, Theudoricus, compacatis gentibus quibus arma moverat, à Gallia Gothica contra Rechiarium properavit. Cui cum Rechiarius cum magna copia occurrisset, conserto prœlio iuxta fluvium Urbicum inter Astoricam et Legionem, Theudoricus victor enituit. Cæsis Suevorum agminibus aliquantis, et multis captis, plurimisque fugatis, ipse postremo Rex Rechiarius telo saucius cum

⁽ⁿ⁾ Tol. et Compl. hæc etiam habent: ipse enim Rechiarius ratu est opportunum regnantis initia attentare. Cumque ad eum.

^(o) Tol. Sic bic murmuras?

paucis aufugit , carensque præsido Suevorum , navem concendit , solius fugæ præsidio comitatus , adversaque procella Occeani Portugale proiicitur , ibique captus , adversario redonatur privatus regno , victoria , atque vita. Theudoricus vero victor existens , subactis percit , eisque præfecit clientem proprium nomine Aliulphum , qui Suevorum persuasionibus incitatus prævaricari præsumpsit , credens se æqua cum domino potestate provinciam obtinere : erat quippe Avernorum stirpe genitus , à nobilitate Gothici sanguinis alienus. Quo comperto , Theudoricus contra eum exercitum destinavit , qui mox veniens , eum in primo certamine superavit , et suorum auxilio destitutus capite plectitur , sensitque iratum , quem nescivit servare placatum. Tunc Suevi Rectoris intuitum contuentes , Sacerdotes suos ad Theudoricum supplices direxerunt , quos ob Pontificalem reverentiam grate suscipiens , non solum impunitatem Suevis indulxit , sed ut sibi de suo genere Principem elevarent , flexus misericordia condonavit. Occiso Rechiario , Theudoricus de Gallæcia ad Lusitaniam pertransivit , et dum Emeritensem urbem intenderet deprædari , Sanctæ Martyris Eulaliæ miraculo territus , cum suo exercitu mox discessit , et cum parte exercitus duces dimisit , qui ea quæ in Hispaniis adquisierat , tuerentur , et partem unam exercitus cum duce qui Ceuquila dicebatur , ad Bæticam destinavit , partem aliam cum Sunerico et Nepotiano ducibus Gallæciæ deputavit , qui Suevos apud

Lucum sævis cædibus vastavere : et ex tunc Gothorum duces in Hispaniis præfuerunt. Exinde Theudoricus , Suevorum gente cum suis Principibus subiugata , in Galliam Gothicam est reversus. Et tunc Agrippinus Comes , ut Gothorum auxilia mereretur , Narbonam tradidit Theudorico. Post cuius discessum Suevi bifarie sunt divisi : alii Masdræ Massilæ filium in Principem elegere , qui tantum duobus annis regnavit , alii ^(p) Frantam. Masdra autem statim mortuo , pars Masdræ filium eius substituit ^(q) Remismundum , qui cum Franta illico pacem fecit : et ambo pariter fœderati partes Lusitaniae devastabant. Post biennium mortuo Franta , pars eius Frumarij sibi ^(r) præfecit , qui cum Remismundo super regni præeminentia litigaret , evertit ^(s) Flaviam , vastationes in patria exercendo. Remismundus et Lucum , et Auriam , et maritima devastabat. Sed post biennium Frumario deceidente , Remismundus pace cum Gallæcis inita , Suevorum in Gallæcia obtinuit principatum. Suevi enim eum sibi in Regulum præfecere : qui ad Lusitaniam transiens , Coimbriam pace ^(t) detentam diripuit , et exhaustus , Ulysbonam etiam occupavit , Lusidio cive et incola , qui illuc præerat , eam tradente. Post aliquot dies Remismundus his successibus elevatus ad Theudoricum Regem Gothorum nuncios destinavit , et pacem et amicitiam postulavit. Quos Theudoricus benigne recipiens , annuit postulatis , et in signum veri amoris coniugem misit ei per Sallanum quemdam ex officio palatino cum ad-
^{(p) Al. Frabta.}
^{(q) Al. Remis- medium.}
^{(r) Compl. præ- fert.}
^{(s) Al. flammam vastationesque.}
^{(t) Tol. et Compl. dece- ptam.}
^{ie.}

iectione munerum et armorum. Et recepta coniuge et muneribus, cœpit amplius superbire, et Sallannum donariis honestatum remisit ad Theudoricum cum epistolis suæ laudis: qui cum ad Galliam rediisset, Theudoricum ab Eurico fratre suo reperit interfectum.

De Eurico Rege.

CAP. X.

(^a) Al. fratri.
Æra 506.

Euricus pari scelere, quo et (^a) frater, successit in regno Æra DVI, et regnavit annis XVII, in quo honore proiectus et criminis, partes Lusitaniae impetu devastavit, Pampilonam et Cæsaraugustam misso exercitu in ditionem recepit, superioremque Hispaniam suæ subdidit potestati, (^x) Tarragonem et provinciæ nobilitatem quæ ei repugnaverat, irruptione exercitus peragravit. In Gallias autem reversus, percupida festinatione succensus, audivit Valentinianum à Maximo interfectum, et ipsum Maximum ab Urso Romano milite interemptum. Unde attendens Romanum imperium conturbatum, Arelatum et Massiliam subiugatas principatui suo adiecit, et contra Riothimum Regem Britonum, qui cum XII. millibus in auxilium venerat Romanorum, bella restaurans, victor extitit, et oppressor.

(y) in Al. eum non habetur, neque in Compl.

Ad hæc omnia (^y) eum Gizericus Rex Vandalorum, qui expulsus ab Hispania regnabat in Africa, consilio et muneribus incitabat, ut dum Respublica turbaretur, ipse in Africa quiete placida frueretur. Quod Euricus grata suscipiens, Hispanias Galliasque cum Burgun-

dionum (^z) provinciis subiugavit. (^z) Al. provin-
cia.

Cumque quadam die apud Arelatum Gothos ad colloquium congregasset, et Goths manibus tela tenerent à parte ferri alia viridi, alia roseo, alia nigro, alia croceo colore, naturalem ferri speciem vidi aliquamdiu immutatam. Sub hoc Rege Goths legum suarum statuta ad scripturæ seriem redigerunt: nam antea tantum moribus et consuetudine tenebantur. Obiit Arelati Euricus Rex, et morte propria vitam finivit.

De Alarico et (^a) Gisaleico.

(^a) Al. Gisal-
rico.

CAP. XI.

Æra 523.

Eurico mortuo Arelati, filius eius Alaricus apud Tolosam ad Gothorum regimen sublimatur Æra DXXIII, et regnavit annis XXIII: adversus quem (^b) Fluduinus Franco-
rum Princeps Gallæ Gothicæ regnum affectans, Burgundionibus sibi auxiliantibus bellum movit, fusisque Gothorum copiis ipsum postremo Regem apud Pictavium prælio interfecit. Gisaleicus superioris Regis filius ex concubina, quia Amalaricus filius Alarici ex Amalas-
vente Regina, filia Theodorici Regis Ostrogothorum, qui in Italia tunc regnabat, erat parvulus vix quinquennis, Narbonæ Alarico mortuo subrogatur Æra DXLVI. re-
gnans annis quatuor, sicut gene-
re vilis, ita infelicitate et igna-
via summus. Denique (^c) ut eadem civitas à Gundebado Burgundio-
num Rege direpta fuisset, iste cum magna suorum clade Barci-
nonem se recepit, ibi moratus, donec regni fascibus fugæ igno-

(b) Compl. Flu-
dingius.

Æra 546.

(c) Compl. ha-
bet dum pro ut:
Al. ita habet
dum eadem civi-
tas à Gundelado.

minia privaretur. Vidensque non posse proficere, in Africam transfretavit, possens suffragium Vandolorum, qui sine auxilio ab Africa rediens, ob metum Theudorici in Aquitaniam se recepit. A qua post anni circulum in Hispaniam est reversus, atque ^(d) Theudorici Regis duce, duodecimo à Barcino-ne milliario commisso praelio, effugatur, et interiit trans ^(e) Druentiam fluvium Galliarum. Sicque honore primo caruit, et post vita.

^(d) Compl. ^a
Theodorici.

^(e) Compl. et
Al. Druentium.

spatio condonavit, cetera infelicium turba cui transitus collati temporis non occurrit, Gothorum perempta gladio non evasit: et sic insidiosam Francorum calumniam repulit ab Hispanis. ^(b) Theudius vero immemor beneficii Amalasventæ, post aliquos dies eam fecit in balneo strangulari: et quia ipsa se et filium Justino catholicò Orientis Principi commendarat, cum audisset facinus, condoluit interfectæ, et misit ⁽ⁱ⁾ Belisarium ducem et Patricium, ut in Theodium vindicaret. Sed ipso intercepto negotiis Romanorum, ante adventum eius fuit Theudius interfactus, et sic remansit impietas impunita. Post tam felicis successum victoriae transfretum Gothis minus provide navigarunt. Denique dum adversus milites qui Septam oppidum invaserant, pulsis inde Gothorum militibus, Tyrrheni litora pertransissent, et ^(j) eidem castrum magna Compl. idem. vi certaminis expugnarent, adveniente die Dominico armis depositis quieverunt, ne diem sacrum praelio funestarent. Hac igitur occasione reperta, milites repentina incursu aggressi exercitum mari undique terraque conclusum, infermem exercitum adeo prostravere, ut nec quidem unus superesset, qui tantæ clavis excidium nunciaret. Nec mora ipsum Principem debita mors prævenit; vulneratur enim à quodam in palatio, qui iam dudum dementis speciem, ut Regem deciperet, simularat. Finxit enim arte insaniam, ut Principem trucidaret: quo vulnere Rex prostratus, vi gladii indignantem animam exhalavit. Fertur autem in emissione sanguinis coniu-

^(b) Al. Theudis:
ita etiam Compl. toto capite.

⁽ⁱ⁾ Compl. et
Al. Belisarium.

^(j) iidem f.

De Theudio.

CAP. XII.

Post mortem Amalarici, mater professa sexus fragilitatem, cum sperneretur à Gothis, Theodium consobrinum, olim filii sui tutorem, ob germanitatis gratiam à Tuscia arcessivit, ubi private degebat, et eum in Regem cum ^(f) convenientia Principum elevavit *Æra*

Æra 57^o. DLXX, et regnavit annis XVII. mensibus quinque. Qui dum esset hæreticus, pacem tamen concessit Ecclesiæ, adeo ut licentiam catholicis Episcopis daret in unum apud urbem regiam convenire, et quæcumque ad disciplinam Ecclesiæ pertinerent, libere ^(g) ordinarent. Eo regnante, dum Francorum Reges cum infinitis copiis in Hispaniam convenissent, et Tarragonensem provinciam devastarent, Gothis duce Theudisculo, obibüs Hispaniæ interclusis, Francorum exercitum multa cum admiratione victoriæ prostravere. Sed dux idem, prece atque ingenti pecunia sibi data, viam fugæ hostibus residuis unius diei noctisque

^(f) Al. conve-nientia.

^(g) Compl. et
Al. ordinare.

Æra 587.

rasse , ne quis interficeret percussorem , dicens se congruam meriti vicissitudinem recepisse , quod et ipse privatus commiserat in ducem suum. Interempto Theudio, Theudisclus dux exercitus Gothis præficitur incunctanter Æra DLXXXVII , et regnavit anno uno , mensibus tribus. Qui dum plurimorum potentum connubia prostitutione publica macularet , et ob hoc necem pluribus procuraret , præventus manu coniuratorum Hispali confoditur , et inter epulas iugulatur.

De Agila Rege.

CAP. XIII.

(k) Al. Theu-
disculo.

Æra 588.

Extincto (k) Theudisculo , in regnum Agila sublimatur Æra DLXXXVIII , et regnavit annis quinque. Iste adversus Cordubam movit bellum , et in contemptum religionis Catholicæ sepulturam beatissimi Aciscli Martyris hostium et iumentorum præsentia profanavit , et inito certamine contra cives , pœnas dignas , Sanctis inferentibus , prout meruit , est expertus. Nam belli præsentis ultione percussus , filium cum copia exercitus interfectum , et thesaurum omnem cum insignibus opibus confusus amisit. Ipse victus , ac miserribili metu fugatus , apud Emeritam se recepit , adversus quem , intericto aliquanti temporis spatio , Athanagildus tyrannide regnum præsumpsit , dum exercitum contra se missum Athanagildus apud Hispalim prostravisset. Hinc Goths videntes excidio proprio se everti , et magis metuentes , ne in

Hispaniam Romani milites hac invaderent occasione , Agilam Emeritæ peremerunt , et Athanagildi (l) se regimini tradiderunt.

(l) Compl. sese.

De Athanagildo , et Luiba , et (m) Leovigildo.

(m) Tol. et
Compl. Leove-
gildo.

CAP. XIV.

Occiso Agila , Athanagildus tyrannide fit successor Æra DXCIII , Æra 593. et regnavit annis XIII. Hic cum iam dudum Agilam regno privare conaretur , auxilia militum ab Imperatore Iustiniano poposcit , sed submoveare Agilam à regno non potuit , donec à suis fuit Agila interfectus. Decessit autem Athanagildus Toleti propria morte , et vacavit regnum mensibus quinque. Post Athanagildum Narbonæ præficitur Luiba Gothis Æra DCVII , Æra 607. et regnavit tribus annis , qui secundo anno postquam adeptus est principatum , Leovigildum fratrem non solum successorem , sed et participem regni fecit , et Hispaniæ provisorem , ipse Galliæ regno contentus. Sic regnum duos sustinuit , (n) cum nulla potestas patiens sit consortis. Huic autem unus tantum annus in ordine temporum reputatur , reliqui Leovigildo fratri annumerantur. Duxerat autem Leovigildus uxorem nomine Theodosiam filiam Severiani ducis provinciæ Carthaginensis , qui fuerat filius Regis Theoderici. Luiba vero defuncto , Leovigildus adeptus est Hispaniæ et Galliæ principatum Æra DCX : regnavit annis XVIII. Æra 610. Hic bellis regnum desiderans ampliare , opes instituit congregare , studio eius exercitum concordante fa-

(o) Tol. Are-giam, Compl. et Al. Baregiam, ut in textu.

favore victiarum, et animositate præclarus multos populos subiugavit. Cantabriam namque iste obtinuit, et destruxit: (o) Baregiam iste cepit: Sabaria ab eo fuit devicta: cesserunt ei plurimæ rebelles Hispaniæ civitates. Fudit quoque diverso proelio milites adversantes, et quædam castra quæ occupaverant, eis abstulit dimicando. Hemerigildum deinde filium contra imperium tyrannizantem obsessum Hispali dolo cepit, et quia nefandis ritibus noluit consentire, tormentis variis cruciavit. Demum securi percutsum parricida impius dignum Deo Martyrem consecravit. Postremum bellum Suevis intulit, regnumque eorum in ius Gothorum bello celeri commutavit, et magna ex parte potitus Hispaniam ampliavit. Nam antea gens Gothorum angustis finibus arctabatur. Sed offuscavit in eo error impietatis tantæ gloriam probitatis. Denique Arianæ perfidiæ furore repletus, in catholicos persecutione commota, Leandrum Hispalensem et (p) Mausonam Emeritensem sanctissimos Episcopos, et alios plurimos exilio relegavit, Ecclesiarum redditus infiscavit, et pri-

(p) Tol. Muso-nam, cum in se-
quenti cap. le-
get Mausonam.

(q) Compl. tu-
lit.
(r) erroribus f.
(s) deiecit f.

vilegia earum (q) abstulit, multosque (r) terroribus Arianæ pestilentiae applicavit, plerosque sine persecuzione illectos auro rebusque (s) decepit. Ausus quoque inter cetera hæresis suæ contagia catholicos rebaptizare, non solum ex plebe, sed et Sacerdotalis ordinis dignitate, sicut Vincentium Cæsaraugstanum, quem de Episcopo apostatam esse fecit, et tanquam à cœlo decidit in infernum. Extitit autem quibusdam suorum

perniciosus: nam quoscumque potentissimos ac nobilissimos vedit, aut capite mutilavit, aut ablatis opibus spoliavit, et proscriptos in exilium relegavit. Fiscum quoque iste primus locupletavit, primusque ærarium de rapinis (t) civitatum hostiumque manubiis avarus locupletavit. Primus etiam inter suos regali ueste regia coopertus residit in regali solio more Regum. Nam ante eum Reges qui fuerant, in vestibus et (u) confessionibus militibus communiter convivebant. Condidit civitatem in Celtiberia, quam ex nomine filii sui Recopollim nominavit. In legibus quoque ea quæ ab Eurico videbantur incondite constituta, correxit studio vigilanti, plurimas leges adiiciens prætermisas, plerasque superfluas resecavit. Sed dum infirmitate acriter torqueretur, præcepit filio Recaredo, ut Episcopos ab exilio revocaret, et Leandrum Hispalensem, et eius germanum Fulgentium Astigitanum qui in doctrina ecclesiastica fulgebat insignis, tanquam Patres audiret, et eorum monitis obediret. Obiit autem defunctus propria morte Toleti.

De Recaredo Rege.

CAP. XV.

Leovigildo defuncto, in regno successit eius filius Recaredus Æra DCXXVIII, et regnavit XV. annis. Hic fuit cultu præditus religiosis, et paternis moribus longe dissimilis. Nam ille irreligious et bello promptus, hic fide pius et pace præclarus. Ille (x) armatorum exercitu gentis imperium dilatavit,

(x) Compl. ar-
morum exercitio.

hic

(t) Compl. ci-
vium hostiumque
manubriis.

(u) concessibus f.
Compl. legit
concessionibus
Tol. in margi-
ne habet ut
Compl.

Æra 628.

hic gloriosus eandem gentem trophæo fidei sublimavit. In ipsis enim regni sui exordiis per Leandrum et Fulgentium in fide catholica institutus, totius Gothicæ gentis populos, inoliti erroris labore detersa, ad cultum rectæ fidei revocavit. Synodus deinde Episcoporum sexaginta duorum ad condemnationem Arianæ hæresis de diversis Hispaniæ et Galliæ provinciis in urbe regia congregavit, et eidem Concilio religiosissimus Princeps devotus advenit, gestaque Concilii subscriptione firmavit, abdicans, Pontificibus et palatii primoribus, clero et militia approbantibus cum populo universo, perfidiam quam hucusque Gothorum populus didicerat ex dogmate Ariano, prædicans trium personarum unitatem, unum Deum, Filium à Patre consubstantialiter genitum, Spiritum Sanctum inseparabiliter à Patre et Filiō procedentem, et esse amborum unum Spiritum, unde et unum sunt. Egit etiam gloriose bellum adversus infestas gentes fidei auxilio sublevatus. Francos enim cum LX. ferme millibus armatorum in Galliam Gothicam irruentes, misso adversus eos Emeritensi duce Claudio, glorioso triumpho repulit, et prostravit. Nulla umquam in Hispaniis Gothorum victoria, vel maior, vel similis invenitur. Prostratis enim et captis plurimis millibus hostium, residua pars exercitus Gothis sequentibus usque ad regni sui confinia cæsa fugit. Sæpe etiam contra insolentias Romanorum et irruptiones Vasconum plurima bella gessit. Unde non magis bella tractasse, quam gentem Go-

thicam quasi in ludo palæstræ pro usu certaminis videtur exercuisse. Provincias autem quas pater prælio conquisivit, iste pacifice conservavit, æquitate disposuit, moderatione gubernavit. Fuit autem placidus, mitis, egregiæ bonitatis, tantaque in vultu gratia abundabat, et tanta animi benignitate dulcis erat, ut omnium mentibus influens,^(y) et malos in suæ dilectionis reverentia conservaret: adeo liberalis, ut opes privatorum, et Ecclesiarum prædia quæ paterna labes fisco addixerat, iuri debito restauraret: adeo clemens, ut tributa populi indulgendo sæpius relaxaret. Multos etiam ditavit rebus, plures honoribus sublimavit, opes suas in miseris, thesauros in egenis recondens, sciens ad hoc illi fuisse regnum collatum, ut eo salubriter frueretur. Bonis initiosis addidit bonum finem: fidem^(z) rectæ gloriæ quam in initio regni percepit, novissime publica confessione et pœnitentia consummavit. Toleti fine pacifico migravit ad Christum. Anno quarto glorioissimi Regis Recaredi idibus Maii tertia Toletana Synodus celebratur, et inter secundam Synodum sub Montano et istam fuerunt LXII. anni. Et hæc fuit sub Helladio, et interfuerunt Mausona Emeritensis, Euphemius Tarragonensis, Leander Hispalensis, Nigetius Narbonensis,^(a) Pantardus Bracarensis, et suffraganei eorum. Et in hoc Concilio fuit ab Hispanis eliminata hæresis Ariana, qua infecta fuerat gens Gothorum à tempore Athanarici Regis et Valentis Imperatoris qui dedit Gothis doctores, ut eos in Ariana perfidia con-

^(y) Al. etiam.^(z) Al. enim: ita quoque legit Compl.^(a) Al. Partarus: ita quoque habet Compl.

confirmarent. Sed in hoc Concilio eliminata spurcitia eius sectæ, Gothi in vera confessione fidei catholicæ remanserunt, et ponitur ibi homilia Sancti Leandri Episcopi de laude Ecclesiæ pro ^(b) conversione Gothorum, quæ sic incipit: "Festivitatem hanc omnium esse sollemniorum festivitatum novitas ipsa significat," et cetera. Et fuit istud Concilium LXII. Episcoporum.

De Luiba, Victerico, et Gundemaro.

CAP. XVI.

^{(c) Tol. et Compl. semper habent Rechare-dum.} **P**ost ^(c) Recaredum Regem coepit regnare Luiba filius eius *Æra 643.* *Æra* DCXLIII, et regnavit annis duobus, ignobili quidem matre progenitus, sed virtute indolis insignitus, quem in primo flore adolescentiæ ^{(d) Compl. Wi-tericus toto ca-pite.} ^(d) Victericus sumpta tyran-nide innocuum Regem deiecit, præcisaque dextra occidit anno æta-tis XVI. regni autem secundo,

Æra 645. *Æra* DCXLV. Extincto ^{(e) Tol. Lui-ban. Compl. Lui-bane.} Luiba, Victericus regnum quod viven-te illo invaserat, vindicat annis VII. vir quidem strenuus in ar-morum arte, victoriæ tamen expers. Nam cum adversus Roma-nos bellum saepius intentasset, sem-per inglorius est inventus, nisi quod quosdam milites dicens Seguntiam captos cepit. Hic in vita illicita multa fecit, in morte au-tem gladio periit, quia gladio fue-rat operatus, mors quippe inno-centis non pertransivit inulta. Inter epulas enim prandii coniuratiōne quorumdam extitit interfectus, corpus autem viliter expor-

tatum vilius est ^(f) sepultum *Æra DCLII.* Gundemarus post Victoricum regnum suscepit, et regna-vit annis duobus. Hic Vascones una expeditione vastavit, alia mi-litem Romanum obsedit. Propria morte Toleti decessit.

^{(f) Al. huma-tum.}
Æra 652.

De Sisebuto Rege.

CAP. XVII.

Sisebutus Rex Christianissimus post Gundemarum ad regale fastigium evocatur *Æra 654.* DLIII. re-gnans annis VIII. mensibus sex.

^{(g) Compl.}
DCLIII.

Qui in initio regni Iudæos ad fi-dem christianam ^(b) permovens, æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam; potesta-te enim compulit quos provocari oportuit fidei ratione: sed sicut Paulus dicit: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus an-nuntietur, in hoc gaudeo, et gau-debo.* Sisebutus itaque Iberiam ut vir sapiens et nimium litteraturæ deditus per annos VIII. retentat. Hic per Hispaniam urbes Roma-nas sibi subiecit. Venerabilem Hell-ladium Toletanæ sedis metropo-litanum Episcopum sanctitatis præ-conio præfulgentem Ecclesia venera-tur. Isidorum Hispalensem metro-politanum tunc temporis Hispania

^{(b) Al. præmo-nens.}
Philipp. 1. 18.

^{(i) Al. celebrat.}
Æra 658. ⁽ⁱ⁾ celebrabat sanctissimum, docto-rem egregium et præclarum, qui anno septimo præfati Principis Sisebuti contra Acephalorum hæresim apud Hispalim in ^{(j) Al. sacrario.} secretario Sanctæ Hierusalem Concilium celebravit, atque per veridica doctorum te-stimonia Syrum quemdam Acepha-lum Episcopum supra fatam hæ-resim vendicantem exuperat, et

ve-

vera Concilii assertione eius eloquia condemnavit, atque à suo errore præfatum Pontificem diu docendo perpetualiter liberavit. Fuit autem Sisebutus eloquio nitidus, litterarum sapientia doctus, in iudiciis strenuus, ac præstantissimus pietate, mente benignus, gubernatione regni præcipuus, in bellicis documentis et victoriis semper clarus. Astures enim sæpius rebellantes misso exercitu in deditio-
^(k) Compl. con-
septos.
^(l) Compl. sub-
iecit.

nem reduxit. Rucones montibus arduis ^(k) conceptos undique per duces evicit. Ecclesiam Sanctæ Leocadiæ Toleti miro opere fabricavit. De Romanis quoque personaliter bis feliciter triumphavit, et quasdam eorum urbes pugnando ^(l) subegit, residuas intra fretum omnes exinanivit, quas gens Gothorum post in suam redegit facile ditionem. Tantæ clementiæ extitit erga victos, ut quos hostilis potentia mancipaverat servituti, dato pretio restitueret libertati, eiusque thesaurus redemptio exsisteret captivorum. Hunc alii proprio morbo, alii immoderato medicaminis haustu, alii veneno asserunt decessisse: cuius exitus non solum religiosis, sed etiam optimis laicis exstitit luctuosus. Hu-
ius temporibus nefandus Mahomet nequitiam sectæ suæ stultis populis prædicavit. Obiit itaque Sisebutus relichto filio Recaredo parvulo, qui post patris obitum Prin-
ceps paucorum dierum, id est se-
ptem mensium, consummatur. Hu-
ius vitæ brevitas nihil habuit me-
moria dignum.

*De Suintila, et Rechimiro
filio ejus.*

CAP. XVIII.

Gloriosissimus Suintila filius Re-
gis Recaredi suscepit divina gra-
tia regni sceptrum Æra DCLXIII, Æra 663.
et regnavit annis X. Iste sub Re-
ge Sisebuto ducis nactus officium
castra domuit Romanorum. Ru-
cones etiam superavit. Postquam
vero regni apicem est adeptus, ur-
bes residuas quas in Hispaniis ma-
nus occupaverat Romanorum, con-
serto prælio obtinuit, et subiecit,
auctamque triumphi gloriam præ
ceteris Regibus felicitatem mira-
biliter reportavit. Totius Hispaniæ
monarchiam intra fretum Oceani,
quod nulli retro Principum est
collatum exclusis Romanis, pri-
mus obtinuit inter Gothos. Auxit
eo prælio virtutis eius titulum
duorum Patriciorum obtentus, quo-
rum alterum prudentia suum fecit,
alterum virtute prælia subiugavit.
In initio regni incursus Vasconum
coarctavit, qui Tarragonensem pro-
vinciam infestabant. ^(m) Montivagi
ubi populi adventus eius terrore
perculti, confestim quasi debita
iura noscentes, remisis telis et
complosis ad precem manibus, sup-
plices submittunt ei colla: Oligi-
tis civitatem Gothorum stipendiis
suis et laboribus, ut eis parceret,
fabricarunt, (hanc quidam dicunt
Olorum, quidam Olitum) polli-
centes iurisdictioni parere, et im-
perio obedire. Præter has militaris
gloriæ laudes plurimæ in eo vir-
tutes regiæ effulsere, fides, pru-
dentia, et industria, in iudiciis
examinatio provida, in regimine

^(m) Al. Ubi
Montivagi po-
puli: Al. forte
melius Ubi moti
vagi populi.

cura præcipua , circa omnes largitas læta , erga inopes misericordia semper prompta , ita ut non solum Princeps populorum , sed etiam pater pauperum vocaretur. Toleti propria morte decessit Æra

Æra 673. DCLXXIII. Huius filius Rechimirus in consortio regni assumptus pari cum patre solio corregnavit, in cuius infantia ita sacræ indolis splendor enituit, ut in eo et vulnu et mente paternarum virtutum effigies appareret. Isto fere cum patre mortuo , superstites remansere alii duo filii Suintilæ Sisenandus et Cindasvindus , quos suscepérat ex Theodora filia supradicti Principis Sisebuti. Sed beatus Isidorus , Gothorum historiæ descriptor egregius , usque ad quintum annum Principis Suintilæ fuit seriem historiæ prosecutus, et quanto anno regni Scintilæ , non dico Suintilæ à quo tertius fuit iste, cum beatus Isidorus in Hispalensi Ecclesia sollemnia celebrasset, et populum sibi commissum cœlestis frumenti adipè satiasset , se eorum orationibus commendavit , et ultimum vale dicens , obitum suum quem prophetice noverat , revelavit. Obiit itaque quarto ⁽ⁿ⁾ Principis anno , *Æra DCLXXXI.* secundo nonas Aprilis.

⁽ⁿ⁾ Compl. prædicti Principis.

Æra 681. uno anno mensium numerato regnans quatuor annis. Hic quintum Concilium Toletanum Episcoporum XXIIII. procurat sub Eugenio regiæ urbis Primate. Ubi non solum de rebus mundanis , verum etiam de divinis multa ignaris mentibus à lumine gratiæ sunt infusa. Quanta vero Sanctorum congregatio cum Episcoporum vicariis assistantibus , et cum senioribus palatii qui digni interesse concilio habebantur , exstitit aggregata in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ Virginis , liber canonum gloriose declarat. Huic Synodo Braulio Cæsaraugustanus Episcopus præ ceteris illustris effulsit , atque piam doctrinam christianis mentibus decenter infudit, cuius et opuscula nunc usque Ecclesia veneratur. Huius eloquentiam Roma , urbium mater et domina , per epistolare alloquium est

Iste per tyrannidem ^(o) in Gothorum solio collocatur. Qui anno regni tertio sui , LXVIII. Galliæ et Hispaniæ apud Toletum Episcopis ^(p) congregatis cum absentiis vicariis et palatii senioribus

^(o) Compl. in regni Gothorum.

^(p) Al. aggregatis : ita etiam Compl.

in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ Virginis et Martyris Christi , exstante adhuc Isidoro Hispalensi Episcopo , et in multis iam libris fulgente mirifice , de diversis causis Concilium celebravit sub Iusto urbis regiæ Primate , et subscribunt ibi Isidorus Hispalensis , ^(q) Selva ^{(q) Tol. Silva.} Narbonensis , Julianus Bracarensis, Audax Tarragonensis , Imirus vicarius Emeritensis , et suffraganei eorum, et fuerunt omnes LXVIII, et istud fuit quartum Concilium Toletanum. Post mortem Sisenandi ^(r) Cintila Gothis præficitur

^(r) Compl. Cyn. tilla.

Æra DCLXXIX. uno anno mensium numerato regnans quatuor annis. Hic quintum Concilium Toletanum Episcoporum XXIIII.

procurat sub Eugenio regiæ urbis Primate. Ubi non solum de rebus mundanis , verum etiam de divinis multa ignaris mentibus à lumine gratiæ sunt infusa. Quanta vero Sanctorum congregatio cum Episcoporum vicariis assistantibus , et cum senioribus palatii qui digni interesse concilio habebantur , exstitit aggregata in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ Virginis , liber canonum gloriose declarat. Huic Synodo Braulio Cæsaraugustanus Episcopus præ ceteris illustris effulsit , atque piam doctrinam christianis mentibus decenter infudit, cuius et opuscula nunc usque Ecclesia veneratur. Huius eloquentiam Roma , urbium mater et domina , per epistolare alloquium est

mi-

De Sisenando , et Cintila , et Conciliis eorum temporibus celebratis , et de Tulga.

CAP. XIX.

*P*ost Suintilam et Rechimirum filium eius coepit regnare Sisenandus *Æra DCLXXIII* , et regnauit annis quinque et mensibus XI.

Æra 673. dus *Æra DCLXXIII* , et regnauit annis quinque et mensibus XI.

mirata. Et in hoc Concilio sub-
(s) Compl. non
habet Selva.
(t) Compl. vi-
carii. scrispsit ^(s) Selva Tarragonensis , et aliqui de suffraganeis suis et ^(t) vi-
cariis absentium Episcoporum. Sex-
tum Concilium de observatione fi-
dei catholicæ et aliis ecclesiasticis
disciplinis fuit tempore eiusdem
Principis Cintilæ celebratum sub
Eugenio urbis regiæ metropolita-
no et Primate , subscriptibus Sel-
va Narbonensi , et Iuliano Braca-
rensi , et Honorato Hispalensi , et
Protasio Tarragonensi , et eorum
suffraganeis , et vicariis absentium
Episcoporum. Mortuo Cintila, Tul-
gas , bonæ indolis et radicis Go-
thorum , regnum suscepit Æra

Æra 683. DCLXXXIII , et regnavit duobus annis. Iste blandus et catholi-
cus in omnibus est inventus. Re-
gna sibi subdita pacifice dilatavit.

In iudicio rectus iudex , claruit
(u) Compl. et
Al. præfuit leni-
tate. largitate , ^(u) magna fuit lenitate.
(x) Compl. Sy-
nodæ à suis de-
cessoribus con-
firmata. Synodos à suis prædecessoribus
confirmatas simili auctoritate con-
firmavit. Doleat gens Gothorum
tam cito talem indolem amisisse,
cunctis flentibus , quia flos tantæ
indolis in fructum non adolevit.
Toleti propria morte ^(y) decessit.

*De Cindasvindo , et inventione
Moralium per Taionem
Episcopum.*

CAP. XX.

Post Tulgam Cindasvindus per
tyrannidem regno Gothorum in-
vaso cœpit Iberiæ triumphaliter
principari Æra DCLXXXV , et
regnavit annis decem. Hic in To-
letana urbe Synodale decretum
XXX. Episcoporum cum omni
clero , et vicariis eorum Episco-

porum quos languor vel inopia
detinuerat , et cum palatino colle-
gio quod interesse collegiis ^(z) me-
rebatur , anno regni sui quinto in-

(z) Compl.me-
rebantur.

dixit laudabiliter celebrandum , dis-
currentibus tantum notariis quos
ad recitandum ordo requirit : et
hoc fuit septimum Concilium To-
letanum sub Eugenio metropolita-
no et Primate urbis regiæ cele-
bratum XV. calendas Novembris ,
(a) Compl. et
Al. De Refugis
et perfidis cle-
vicis, sive laicis,
et aliis ecclesia-
sticis disciplinis.
(b) Tol. de Eu-
clesiae discipli-
nis.

^(a) de refugiis et præsidiis , ^(b) ec-
clesiasticis disciplinis : et interfue-
runt , et subscripterunt Orontius
Emeritensis , Antonius Hispalen-
sis , Protasius Tarragonensis , et eo-
rum suffraganei , et absentium vi-
carii , omnes numero XL. Et fuit
in hoc Concilio magna turbatio , eo
quod liber Moralium quem bea-
tus Gregorius ad petitionem bea-
ti Leandri ^(c) composuerat , deper-
ditus negligentia in Hispaniis non
exstabat. Unde et idem Princeps ,
sacro Concilio approbante , Taio-
nem Cæsaraugstanum Episco-
pum , religione et litteratura præ-
stantem , et sollicitum Scriptura-
rum , ad Romanum Pontificem
cum sua petitione pro libris Mo-
ralium navigio destinavit , et dum
à Papa de die in diem responsio
differretur , quasi in armario Ro-
manæ Ecclesiæ præ multitudine
voluminum non posset quæsitum
de facile reperiri , orationis causa
Taio Episcopus in Basilica Apo-
stolorum Principis pernoctavit : ab
ostiariis Ecclesiæ conniventia est
petita ; at ubi impetravit , circa
noctis medium cum se lamentis
nimis ante beati Petri loculum ir-
rigasset , ^(d) et mox luce missa cœ-
litus adeo tota Ecclesia illustratur ,
ut nec modicum quidem lumina-

(c) Compl.con-
scripserat.

Æra 685. principi Æra DCLXXXV , et
regnavit annis decem. Hic in To-
letana urbe Synodale decretum
XXX. Episcoporum cum omni
clero , et vicariis eorum Episco-

(d) Compl.non
habet et.

ria Ecclesiæ relucerent, et tunc vident Sanctorum agmina in voce psallentium introire. Denique ubi timore nimio Episcopus territus, et quasi exanimis iam iaceret, oratione ab eis completa, ex illa Sanctorum curia ad eam partem in qua Episcopus consistebat, duo senes in dealbatis vestibus accesserunt, et cum eum iam pene mortuum invenissent, ad statum pristinum reduxerunt dulci alloquio salutatum. Cumque interrogarent ob quam causam à tam remotis partibus advenisset, aut cur in ea Basilica sic vigiliis institisset, et quasi inscii omnia quæsivissent, Episcopus multis eloquiis consolatus, fiducialiter sic est fatus: "Obsecro domini, qui sunt illi, et quæ Sanctorum illa caterva quæ sese tanto lumine comitetur?" Cui dixerunt: "Duo Principes quos cernis manibus se tenere, sunt Petrus et Paulus Apostoli Domini nostri Iesu Christi: ceteri successores eorum qui in ista Basilica requiescunt." Cumque causam, cur venerat, explicasset, et percunctatur, qui essent ipsi qui ad eum venerant consolandum, alter eorum respondit: "Se esse Gregorium, pro cuius libris devotissime laborasti, et ideo venimus, ut quod expetis, reuelemus." Dixeruntque: "In armario librorum et theca penultima invenies quod requiris." At ille pro oraculo lætus querit, si in illa tam sancta multitudine Sanctus Augustinus adesset, pro cuius libris non minori quam pro libris beati Gregorii desiderio tenebatur. Tunc ille vir clarissimus, et omni spectatione gratissimus,

inquit: "Augustinum quem quæris, altior nobis continet locus." Certe ubi ad eorum pedes cœpit proruere, citius ab eius oculis senes Sanctissimi cum luce qua venerant, abidere, ipso et ostiariis simul territis vehementer. Cumque sequenti die visionem Romano Pontifici revelasset, in Apostolorum Sede venerabilis Taio exstitit gloriosus qui antea despicabilis habebatur: et reperto libro prout Sanctorum oraculum ^(e) revelarat, recepta benedictione Papali, ad suum Principem est reversus, libro, gaudio, et gloria comitatus, habitus Romæ et in Hispaniis venerandus.

De morte Cindasvindi, et Primatu Ecclesiæ Toletanae.

CAP. XXI.

Cindasvindus Recensvindum filium suum regno Gothorum præponit, regnans per se annis sex, mensibus novem, et cum filio suo Recensvindo annis quatuor, diebus quindecim. Iste à Romano Pontifice obtinuit privilegium, ut secundum beneplacitum Pontificum Hispanorum Primiæ dignitas esset Toleti, sicut fuerat ab antiquo: et per ^(f) multas Synodos cum Episcopis celebratas Ecclesiam erudit. Huius tempore ab omni perturbatione Hispania conquievit, adeo ut nullus in ea infidelis reperiretur, vel qui arma sumeret rebellandi: libros Sanctorum Patrum diligenter fecit perquiri, et instituta beati Isidori firmiter observari. Hic perfidum Theodistum Hispalensem Episcopum Synodali

^(e) Al. reve-
lavit.

^(f) Al. multa
synodi acum Epi-
scopis celebrata
Ecclesiam eru-
dit. Complita
etiam legit, sed
pro synodia ha-
bet synoda.

(g) Compl. et
Al. exulavit pro
exulare fecit.
(b) Compl. To-
letto.

sententia in ^(g) exilium misit, et dignitatem Primatiæ quam ab antiquo habuerat, totius approbatione Concilii Toletanæ Ecclesiæ confirmavit. ^(b) Obiit Toleti.

De Recensvindo, et Conciliis eius tempore celebratis, et de Sancto Ildefonso.

CAP. XXII.

Æra 695. Recensvindus post mortem patris successit in regno *Æra DCXCV*, et regnavit annis XVIII. et mensibus XI, in universo XXIII. annis. Sed ⁽ⁱ⁾ quini anni ei in ordine temporum non computantur, quia patri cui corregnaverat, numerantur. ^(j) Restat ut ei decem et octo anni et menses undecim computentur. Hic ter Concilia, clarente Eugenio urbis regiæ metropolitano, Toleti instituit celebrari XLVI. Episcoporum cum infinito clero, et vicariis desistentium, atque officiariis dignissimis palatinis in Basilica prætoriens Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum. Et non solum de mundanis actibus, verum etiam Sanctæ Trinitatis ^(k) Mysterio animas instituit ignorantes. In diebus huius anno quinto regni eius fuit octavum Concilium Toletanum, præsentibus et subscriptis Orontio Emeritensi, Antonio Hispalensi, et Potamio Bracarensi, et eorum suffraganeis, nec non et Episcopis provinciæ ^(l) Narbonensis et Tarragonensis, sub Eugenio Toletano Pontifice et Primate sollemniter celebratum, et fuerunt numero LII. Episcopi, et X. vicarii absentium, et plures Abbates, et XVI. de viris illu-

(i) Compl.
quinque.

(j) Compl. re-
stat ergo ut.

(k) Compl. My-
sterium animas
instruit ignoran-
tes.

(l) Al. Narbo-
næ et Tarraco-
næ.

stribus officii palatini: et ponuntur in serie eiusdem Concilii leges quædam à prædicto Recensvindo Principe promulgatae. Nonum Concilium Toletanum fuit tempore eiusdem Principis anno VII. regni sui sub Eugenio urbis regiæ Pontifice celebratum, præsentibus et subscriptis Episcopis aliarum provinciarum numero XVI, et vicariis absentium, et ^(m) viris illustribus ex officio palatino. Decimum Concilium Toletanum fuit tempore eiusdem Principis anno VIII. regni sui, et sub Eugenio Pontifice celebratum, et ⁽ⁿ⁾ subscriptis runt ^(o) Fugitus Hispalensis, Fructuosus Bracarensis, et suffraganei, et vicarii aliorum numero XXV. Hic fidem catholicam ex corde diligens, à sciolis sanctæ Scripturæ petebat, dubia Scripturarum et articulos fidei declarari, adeo quidem cum divinæ Scripturæ semper collatio delectabat: altaria Christi ornamenti variis decorabat. Huius temporibus eclipsi solis, stellis meridie apparentibus, omnis Hispania territatur, atque incursationem Vasconum non cum modico exercitu repulit sine damno. Recensvindus itaque cunctos mire dilexit, et à cunctis dilectus fuit. In villa propria quæ tunc ^(p) Gerticos, nunc Bamba dicitur in territorio Palentino, obiit calendis Septembris, ibique sepultus fuit *Æra 713.* DCCXIII. Nono huius Recensvindi Principis anno suscepit Sanctus Ildefonsus pontificatum Ecclesiæ Toletanæ. Fuit autem beatus Ildefonsus genere nobilis, discipulus beati Isidori, monachus professione, vir per omnia laudabilis, et præcipuus sanctitate, de-

(m) Compl. plu-
ribus.

(n) Compl. sub-
scribunt.

(o) Al. Fugi-
tivus.

(p) Al. Genti-
cos.

mumque Pontifex Toletanus. Huius tempore cum Helvidius et Pelagius à Galliis venientes, plerasque partes Hispaniæ infecissent, virginitatem beatæ Virginis infamantes, beatus Ildefonsus illis occurrentis sacrarum Scripturarum testimoniis, et lingua melliflua, et gratia in labiis suis diffusa, eorum dogmata confutavit, et ab Hispaniis confusos abegit. Unde et in festo gloriosæ Virginis, quod in Hispaniis XV. calendas Ianuarii celebratur, cum ipse ad matutinale officium comitatus clero et populo et multis luminaribus ad Ecclesiam convenisset, apparuit ei beata Virgo chorus Apostolorum, Martyrum, atque Virginum comitata, et sic ait: "Quia fide certa, conscientia pura, lumbos tuos virginitatis cingulo cinxisti, et gratia labiis tuis diffusa virginitatis meæ gloriam in cordibus fidelium depinxisti, accipe vestem de the-

(q) Compl. et Al. iam.

"nsauris Filii mei, ut (q) etiam in hac vita vestimento gloriae adorneris, et ea in meis et Filii mei sollemnitatibus vestiaris." Et his dictis, cum gloriose cœtu quo apparuerat, ad gloriam Filii remeavit. Beatus autem Ildefonsus de promissis securus suscepto munere lætus remansit. Hac autem veste nullus post eum uti præsumpsit, nisi Sisibertus Archiepiscopus qui culpa sua ab illa sede propulsus, fuit exilio relegatus. Sedit autem novem annis, et duobus mensibus

in cathedra Toletana, et expleto XVIII. Recensvindi Principis anno, qui sine patre Cindasvindo XVIII. annis regnaverat, X. calendas Februarii vitam finivit Toleti, et in Ecclesia beatæ Leocadiæ ad pedes beati Eugenii (r) decessoris sui cum magna reverentia est sepultus: et multa de operibus quæ conscripsit ante pontificatum, et cetera post pontificatum miro eloquio consummavit, aliqua etiam morte præventus imperfecta reliquit. Et quia divina gratia perfuderat os illius, Ildefonsus os aureum dicebatur, et etiam quia in diversis libris melliflue loquebatur, et de virginitate beatæ Virginis nitido politoque eloquio peroravit. Ancora fidei eius tempore in tota Hispania, (s) Gothica Gallia robatur: et libri ab eo editi postquam fuere in Conciliis lectitati, et ab omnibus approbati, tamquam cibi divinæ gratiæ in fide pusillanimes refecerunt. Et cum beatus Isidorus scripsisset Gothorum originem usque ad quintum annum Regis Suintilæ, S. Ildefonsus scripsit tempora Gothorum, Alanorum, Vandalarum, et Suevorum à quinto anno Suintilæ usque ad octavum decimum Recensvindi, (t) (et Isidorus iunior qui à principio mundi incipit chronica, usque ad octavum decimum Recensvindi annum fideliter prosequutus, et usque ad destructionem Hispaniæ per Arabes ipse scripsit.)

(r) Al. prædecessoris.

(s) Compl. et.

(t) In Tol. de-
sunt, quæ in
parenthesi de
Isidoro iuniore
narrantur.

LIBER TERTIUS.

De regno Bambæ.

CAP. I.

Defuncto itaque Recensvindo, ibidem ab omnibus Bamba vir nobilis, de Gothorum nobili genere, strenuus, pacificus, mansuetus, qui ante regni fastigium multorum revelationibus celebris habebatur, ad regni fastigium unanimiter sublimatur *Æra DCCXIV*, et regnabit annis novem, mense uno, et quamvis renuens et invitus, demum tamen minis et terroribus vix consensit, sed decrevit se à Regis nomine temperare, donec in maiori Ecclesia urbis regiae unctionis reciperet sacramentum. Mox igitur à principibus Toletum ducitur, et in primate Ecclesia beatæ Virginis à Quirico eiusdem Pontifice in Regem omnibus annuentibus consecratur, (et omnes in electione eius promissione spontanea subscripserunt, et fidem ei et patriæ iuraverunt, et Paulus futurus proditor subscrispsit cum aliis)

(u) Compl. iam. et iuravit, (u) et iam cultu regio insignitus, ante altare divinum fidem catholicam est professus, et iuramento leges et consuetudines iuri consonas confirmavit. Et in ipsa hora qua à Pontifice ungebatur, cunctis cernentibus visus est vapor ab eo loco, ubi unctionis oleum fundebatur, in modum (x) virginæ funeæ ascendisse, et visa est apis de eius capite (y) prosiluisse, et ad cœlos continue volitasse. Et qui diligentius cogitabant, intelligebant per eum Gothorum regnum

feliciter exaltandum, et in pacis dulcedine gubernandum.

De rebellione Hilderici.

CAP. II.

Sed quia novitas perturbationibus raro caret, (z) in primo anno regni eius turbatio non modica excitatatur. Nam Hildericus qui Nemausensis urbis Comitatum tenebat, faventibus sibi (a) Gumildo perniciose Magalonensi Episcopo et Ranimiro Abbe, contra statuta Gothorum Iudeos in patriam revocavit, et virum venerabilem Aregium Nemausensem Episcopum rebellionis suæ vecordia natus est irretire, quem quia non potuit laqueare, à sede expulsum Francorum manibus tradidit illudendum, et Ranimirum Abbatem perfidiæ socium in pontificatu exulis subrogavit, et à duobus Episcopis proditionis consortibus fecit contra statuta canonum consecrari. Demum à temeritatis insanis verentes Hildericus Comes, Gumildus Magalonensis, Ranimirus Nemausensis intrusus, coniuratione iterum innovata, à monte Cameli usque ad Nemausum terram dividunt, coniurationis complices adsciscentes, ut fidelitatem infidelitas superaret, et furoris sui vesania non contenti, cives et agricolás qui adventum Bambæ

(z) Tol. et in
primo.

(a) Al. Gumilo
alibi Gumello.

no-

(x) Compl. et
Al. virgulae fu-
mæ.

(y) Tol. et
Compl. prosi-
llisse.

novi Principis expectabant, cœperunt prædis et vastationibus lacessere. Quod cum ad Regis notitiam pervenisset, misit illico cum exercitu Paulum ducem qui ex Græcorum prosapia nobili ortus erat, sed gentis suæ versutiam non oblitus, cœpit remissius agere, et militum corda qui accensi ad prælrium veniebant, ut regni iniuriam vindicarent, à gradu proprio retardabat, et persuasionibus inclinabat, dicens, impedimenta Principis militantibus expedire. Et iam publice fidem promissam Bambæ Principi violavit, et ut ad optatum fastigium perveniret, Renosindum Celtiberiæ ducem et Hildisum adhuc in palatino officio consistentem arcano consilio circumvenit, ut suis insidiis consentirent. Simulabat enim sui desiderii virus occultans contra rebelles regiæ potestatis exercitum circumferre: quod vir magnæ sanctitatis

(b) Compl. Ar-
gebadus.

(b) Argebatus Antistes Ecclesiæ Narbonensis sollerter percipiens, nisus est præcludere aditum civitatis. Sed et hoc ipsum ad notitiam Pauli venit, et anteaquam reverendus Antistes, quod fideliter cogitaverat, effectui manciparet, Paulus portas Narbonæ præcursoribus militibus occupavit, et circumfusa exercitus multitudine, habita concione, cœpit iniurias in Antistitem retorquere, eo quod urbis ingressum nisus fuerat impedire.

De proditione Pauli.

CAP. III.

Et cum iam corda fere omnium inclinasset, rebellionem contra regiam maiestatem quam corde con-

ceperat, publice denudavit, iure-iurando promittens Bambam pro Rege se nullatenus habiturum, nec in eius consistere famulatu, sed suasit, ut Regem ex se ipsis eligerent, cui et ipse, ut ceteri, in omnibus obediret. Ad hæc Rano-sindus factionis conscius sic respon-dit: "Regem nolumus nisi Pau-lum, et ipsum in Regem eligi-mus, et ei ut Principi obedimus." Tunc omnes coniuratione astricti illud idem voce publica acclama-runt. Paulus vero fidelitatis imme-mor, ambitione anhelus, præsumptione superbus, consensit crimi-ni proditorum, et mox regalibus insignibus insignitus, omnes sibi allicuit iuramento sub eadem for-ma qua ipse cum aliis Toleti iu-raverat Bambæ Regi. His peractis regnum obtentans, alias minis, alias donis, alias pœnis sibi alli-ciens, Francos et Vascones datis muneribus ad sui auxilia incitavit.

Hildericum Comitem, (c) Gumil-dum, Ranimirum Pseudopontifi-ces de facili suæ perfidiæ sociavit: et nec solum Gallia Gothica, sed et pars Celtiberiæ acquievit consilio proditorum. Paulus vero tanto-rum coniurationibus iam securus se cœpit parare, ut intraret His-spanias proditor contra dominum pugnaturus, et regni confinia invasurus. Dum hæc agerentur, Va-scones quietis ignari loca Pyrenæi et Cantabriæ invaserunt rapinas agentes, ut eius gentis (d) etiam ho-die facta et desideria attestantur, qui libenter rapiunt aliena. Quod cum ad Bambæ notitiam pervenisset, contra iniuriosos de iure proce-dens, à finibus Cantabriæ et Py-renæi confusos abegit.

(c) Compl. Gu-mellum.

(d) Tol. non
habet etiam.

De

(e) Al. pro- **D**e (e) processibus Regis contra
cessus Paulum.

CAP. III.

Regem autem in finibus Cantabriæ commorantem à partibus Galliæ perculit celer rumor de (f) rebellione Pauli et Hilderici. Cumque illustribus palatii rumoris instantiam revelasset, bifarie consilia dividuntur: alii redire ad patriam, et ampliorem sumere apparatum, contra proditores patriæ processuri: alii suadebant, ut incontinenti procederent perfidos invasuri. Cumque Regis catholici sollers cura consilia nutantia audivisset, suos magnanimus sic affatur: "Quid Paulus et sui atten-taverunt, iam audistis: eos ergo expedit præveniri, ne crescat incendium tanti mali; et Gothorum gloriam non deceret repetere propria, donec tanti facinoris iniuria vindicetur; (g) et pudendum esset, ut Paulus proditor qui fraude non armis patriam supplantavit, Gothorum gloriæ audeat repugnare, et qui imbellem gentem pro quiete patriæ non valuit subiugare, (h) Tol. militiæ hostem se audiatur exhibere, quasi nulla virtute eius tyrannidi resistere valeamus, cum à sæculis Gothorum magnalia omnes populi omnesque Principes sint experti. Etsi enim de Francorum viribus Paulus præsumat, claret clare, quod sæpe Franci invasi ab hostibus, Gothorum auxilia implorarunt, et eorum beneficiis sunt erepti. Si quando et prælium intercessit, semper Gothi superiores Gallicis sunt inventi. Properemus igitur

(f) Compl. re-bellione.

(g) Compl. et Tol. non ha-bent et.

(h) Tol. mil-i-tiæ.

"resistentium contubernia devastare, ut armis impares armis duplicitibus devastentur: et gloriosius erit etiam deficientibus alimoniiis arma (i) capessere, quam abundantia ignavia detorpere. Iuvat (i) Compl. ca-pescere. et quod Gothorum nobilitas semper donavit nobiles libertate, quos Franci servitute (j) crudelissima oppresserunt. Ab hinc ergo Vasconum cladibus accedamus, et per eos ad seditionis interitum properemus." His auditis exercitus gratulatur, et accensis animis Gothorum gloriam æmularunt, et scissuram patriæ resarcire viribus meditatur; et transitum faciens per Calagurram et Oscam, per vallem Pyrenæi, quæ (k) Aspa dicitur, Vasconias sunt aggressi, quas per dies aliquot devastantes, et eorum campos incendiis concremant, et castra plus lignea, quam lapidea fabrica elevata pugnis et machinis deiecerunt, ita ut qui se adiutores Paulo sponderant, deposita feritate, vitam servari, pacemque largiri, datis obsidibus postularunt, quas non tam precibus, quam muneribus vix potuere à Principe obtainere. Et acceptis obsidibus et tributis, paceque firmata, Rex Bamba et suus exercitus ad Galliam processerunt, et divisit exercitum in tres manus: unam partem versus Rutenum et Albam Aquitaniæ civitates, cui præfecit Desiderium nepotem suum qui tunc temporis in (l) Al. Narbo-næ provincia. Compl. legit in Narbonensi provin-cia.

Narbonensi habebatur: aliam partem versus Ausoniam contra eos qui faventes Paulo in Celtiberia rebellabant: tertiam vero per viam Tolosæ versus Narbonam, (m) Biterram, et Agatham destinavit.

G Rex

(m) Al. Bite-ram.

Rex autem cum potiori multitudine eam manum quæ per Ausoniā iverat, sequebatur. Sed quia inimicus honorum operum semper nititur in bonis operibus zizaniam seminare, quidam de exercitu rapiinis et adulteriis delectati, etiam domos incendiis consumebant, quod Rex iustus ita acriter vindicavit, ac si læsæ maiestatis criminis essent rei, ut ceteris fieret exemplum, ne similia attentarent; et alloquens exercitum peroravit:

"Cum bellum immineat, non licet illicitis implicari, quia Dei benignitas est omnis immunditiae execratrix. Cavendum est ergo, ne Dei iudicium facinoribus provocemus, et non viribus hostium, sed nostris sceleribus consternamur, et quod Gothorum gloria armis efficere consuevit, nostris excessibus amittamus; et ego qui præsum, merito confusione subiaceam, si impunita facinora derelinquo. In Domino igitur confidentes, purgati à crimine pro-

(n) Compl. Barbinoniam.
Al. Barchi-
nonam.

(o) Tol. et.
(p) Al. Eure-
dium.
(q) Al. Gundifridum.

nem pervenisset quæ erat una de rebellantibus, eam incursu celeri acquisivit, ^s in eadem capiens satellites repugnantes, scilicet ^(p) Euredum, Pompedium ^(q) Guntifredum, Vulsum diaconum, et Naufredum. Deinde Gerundam incursu simili subiugavit, ubi fuere ei litteræ præsentatae, quas Paulus proditor Amatori eiusdem urbis Antistiti miserat sub his verbis:

"Audivi quod Rex Bamba cum exercitu ad vos venire disponat, sed tua prudentia non conturberetur, (nec enim hoc fieri puto) net tamen quem primum de nobis ambobus ibi tua sanctitas cum

"exercitu viderit accedentem, ipsum se credat habere dominum, et in eius ^(r) debet persistere caritate." Hæc miser scripsit, nescius quod contra se iustum iudicium proferebat. Unde et verba rescripti Rex Bamba considerans, dixit ei, non in his scriptis Paulum à semetipso locutum, sed nescientem prophetaesse.

<sup>(r) Compl. de-
beat.</sup>

De transitu Pyrenæi.

CAP. V.

Egressus itaque Princeps à civitate Gerunda, conseruo exercitu, venit ad municipium Pyrenæi quod

^(s) Cauco liberi nuncupatur, ubi est portus maris navigantibus comodus et securus. Ibi etiam Pyreneus mari finitur. Et castra alia

^{(t) Al. Colibre.}

<sup>(t) Compl. Vul-
turarium.</sup> Vultuarium et Libyam sibi subiecit, quæ quidem castra auro, et argento, et sericis, et bonis aliis abundabant, quæ omnia exercitui advenere, glorioso Principe manus ab his omnibus continente. Unde et ad serviendum sibi animos omnium inflammabat. Cumque ad castrum Libyæ quod est caput

^(u) Ceretaniæ, pervenisset, Hyacinthus Episcopus Helenensis cum

<sup>(u) Compl. Cer-
itanie.</sup>

^(x) Aragisclo sibi castrum capere nitebatur, sed nec castrum capere potuit, nec Bambæ Principis manus evasit. Missisque duobus ducibus cum parte exercitus, Rex Bamba castrum quod Clausura dicitur, eisdem decertantibus occupavit, captis ibidem Ranosindo et Hildigiso cum multo agmine perfidorum qui ad defensionem castri convenerant fastuosi, ^(y) quos iidem duces,

<sup>(x) Al. Aram-
sctio.</sup>

^{(y) Tol. quod.}

ces , post terga manibus alligatis, gloriose Principi præsentarunt. Victimirus etiam unus ex perfidis qui se in Sardonia ^(z) receptarat , relicto castro aufugit timidus in Narbonam , et Paulo usurpato Principi facta Bambæ Principis nunciavit , qui corde solutus , ut fuerat particeps factionis , sic fuit etiam et timoris. Unde et à Narbona fugiens servili animo consternatus, adventum Principis non sustinuit expectare , et Victimiro qui à Sardonia fugerat , tuitionem Narbonæ commisit , relictis ibi Ranimiro Pseudoepiscopo , Argemundo , et Gultritione primicerio , qui etiam Ranimirus , viso exercitu , antequam civitas inciperet expugnari , fugam petiit , sed mox in territorio Bitterensi capitur , et reducitur fugitivus. His igitur munitionibus occupatis , gloriosus Bamba fatigatum exercitum et manum quam per Tolosam miserat , recollegit , et se et suos donans quieti , biduo ibi mansit. Cumque exercitus undique convenissent , manum unam misit per mare , ut Narbonam navalii impetu coarctarent. Ipse vero quatuor præmisit principes cum electo exercitu armatorum , qui Narbonam machinis impugnarent , cumque ad muros urbis principes pervenissent , secundum legem oblata pace , salutem , si se Regi redderent , pollicentur. Victimirus autem qui pro Paulo inibi rebellarbat , cœpit Regem conviciis lassessere , et ceteris mortis periculum et Pauli potentiam minitari. Quod Gothorum animositas impatiens tolerare , incanduit animis , et ora blasphemantium iaculis impetravit. Immanis utrinque pugna

^(z) Al. rece-
ptarunt.

conseritur , et alternatim sagittarum immissionibus impetuntur , et dum ab utrisque fortiter agitur , à Regis exercitu tot lapidum ictibus civitas infestatur , ut videretur omnibus quasi alluvione grandinis subvertenda. Per quatuor enim ferre horas à fundibulariis sic fuit civitas infestata , ut nec quidem respirationem superesset. Tunc Gothorum agmen virtute magnanima dilationem victoriae non præstolans , ad portas urbis fiducialiter accesserunt , et succensis portis ingressi sunt civitatem. Tunc Victimirus ingressu Gothorum ^(a) turbatus , in Ecclesia beatæ Virginis se recepit , plus gladio quem manu tenebat , se ^(b) iactans defensurum , quam reverentia Aræ sacræ. Unus autem de exercitu audiens eum verbis superbiæ intonare , sumpta tabula invasit eum : sed miser et vilis corde dissolvitur , et ^(c) in terra cadens vivus capitur , et privatus gladio quem tenebat , vincitus ducitur , et cum his quibus urbem tueri decreverat , flagellis durissimis flagellatur. Civitate itaque triumpho nobili iam obtenta , et multis bellatoribus communita , Bitteram et Agatham civitates victoria simili subiugarunt , comprehensis Agathæ Vilismundo Episcopo , et Aragisco , et Ranosindo germano Episcopi Vilismundi. Post hæc contra Magalonam suas acies direxerunt : quod audiens Gumildus Pseudopontifex eius urbis , qui tunc aderat proditionis conscius , mente et animo consternatus fugam iniit , et Nemausum ad Paulum pervenit. Rex autem Bambæ urbem exercitu circumfuso et navalii prælio sic arctavit , quod Ma-

^(a) Al. stupe-
factus.

^(b) Compl. ia-
ctans.

^(c) Compl. ter-
ram.

galonam simili victoria subiecit,
pariter et munivit.

De adventu exercitus ad Nemausum.

CAP. VI.

Post hæc contra Nemausum Gothorum acies diriguntur. Prima acies quatuor ducibus cum magno bellatorum agmine commendatur, in qua erat robusta iuventus fere triginta millium pugnatorum: et isti seduli præcursores, Regis exercitum præcedentes, in ortu auroræ Nemausi conspectibus advenierunt coram oculis conclusorum, clari nobilitate animorum, pariter et armorum. Erat autem Paulus Nemausi cum complicibus factiosis et cum Francorum exercitu in auxilium advocato. Verum in eadem civitate cum Paulo ^(d) erant potiores, et qui tandem eius perfidiae pertinaciter adhæsere, donec cum ipso facti degeneres perierunt, Gumildus Episcopus, Fruiscus, ^(e) Flodorarius, Victimirus, ^(f) Ranimundus, Adosyndus, Adulphus, Maximus, et Gothila, et alia peccantium synagoga, quasi stuppa pertinacia simili colligata. At ubi veniente Regis exercitum conspexerunt, cum paucos crederent, in campo configere decreverunt, sed suspicantes insidias superesse, eligunt in urbe rei exitum præstolari, præsertim cum crederent peregrina auxilia citius adventura. Ubi autem terris solis claritas est infusa, tubis clangentibus coepit Gothorum exercitus muros urbis acriter impugnare, et eos etiam qui erant in urbe, fundis, iaculis,

et sagittis exitialiter coarctare, et pugna simili qui interius resistebant, exteriorem exercitum impetebant, et æquali certamine tota die et tota nocte crudeli Marte undique concertarunt. Unus autem conspirationis particeps eminus ex muro proloquens, talia proclamavit: "Quid hic (inquit) pugnæ insistitis morituri? Cur nad lares proprios non reditis? Cur ante tempus vitæ dispendium procurastis? Cur prærrupta montium, concava vallium, condensa nemorum, aspera collium non requiritis? Ut cum auxilii nostri advenerit fortitudo, possitis ibi saltem ad modicum vitæ dispendio providere: nec ut terream, sic peroro, sed vestræ miseriae condescendo. Imminent enim auxilia adventitia, quæ tanto vos durius extirpabunt, quanto virtute et multitudine præeminebunt, et tertia dies est hodie, ex quo ab illo exercitu huc adyenit." ^(g) Nec enim vestro Principe confidatis, quem vobis ostendam à nostris auxiliatoribus captivatum. Non ergo expedit pro eo ultrius decertare, quem forte iam constat nostrorum gladio interisse, et cum nostra victoria vos involverit, spes vobis veniae nulla erit:" nec hæc dicens bellantes terruit, sed ad pugnam potius animavit; ad murumque viriliter accedentes, pugnam acuunt acrius dimicantes. Et tunc ad Regem Bambam nuncios destinarunt, ut exercitus in auxilium properaret, ne forte adversæ partis auxilia prævenirent. Auditis nunciis, in noctis initio Rex Bamba præmisit cum Vandemiro duce decem mil-

(d) Compl. ade-
rant.

(e) Tol. et
Compl. Flodo-
rius.

(f) Compl.
Ranemundus.

(g) Compl. nec
in vestro.

millia pugnatorum , qui tota nocte gradu propero incedentes , in ortu diei ad eos qui Nemausum obse-derant , advenerunt , et quanto ob-sessoribus creverunt animi , tantum obsesis elanguidis fuit demptum. Cum enim viderunt hostibus exer-citum accrevisse , ^(b) existimarunt Bambam Principem advenisse. Cumque Paulus in quandam tur-rim , ut exercitum consiperet , ascendisset , deiectus animo sic est affatus : "Æmulum meum video advenisse , quem in suis disposi-tionibus recognosco. Hæ sunt vi-nes , hæc potentia , hic exercitus , nec habet amplius quid spectet , nihil est quod de cætero timeatis. Famosa enim Gothorum virtus qua gentibus ⁽ⁱ⁾ præminebat , pe-nitus iam defecit , quia prælian-di desuetudo torpore confecit quos consuetudo assidua virtute præfecit : et si ad certamen ve-niremus , facti degeneres potius fugient , quam resistent." Ad hæc ex suis aliqui asserebant , Re-gem sine vexillorum insignibus non venire. Ad quod Paulus : "Ideo (inquit) sine insignibus advenisse , ut putaremus adhuc alium Re-gis exercitum superesse , et hoc fraude agitur , ut quos bello non sufficit , dolis eviret." Hæc Paulo dicente , cœpit tubis regalibus exer-citus concrepare , et urbem variis insultibus infestare , sed qui intus erant , licet alia iactitarent , plus de muri fortitudine quam de suis viribus confidebant. Unde lapidum et iaculorum injectionibus insiste-bant , et ingeminantes certamina rediviva , plus ipsi quam exterior exercitus lædebantur. Cumque pars Pauli sagittis , et fundis , et spicu-

lis , et vulneribus graviter urgere-tur , iam timore affecti , et animo consternati Paulo dixerunt : "Non videmus Gothorum audaciam de-crevisse , non strenuitatem in eo-rum aliquibus defecisse , sed in-stans magnanimitas hoc confir-mat , quod gentis illius antiqua nobilitas asseverat , et plagarum et vulnerum profunditas iam nos docet à quantis viribus infligan-tur , et excussio iaculorum non prius percutit , quam extinguat , ^(j) iactus lapidum simul vulnerat , et occidit , præter instantiam sa-gittarum quibus nequeunt arma resistere , vel cautela." Quorum Paulus dum verbis trahitur , despe-rationis iaculo figebatur.

^(j) Compl. et
Al. ictus.

De irruptione Nemausi , et despe ratione Pauli.

CAP. VII.

Exercitus itaque Regis Bambæ reputans tardum , si victoria in crastinum differatur , accensis ani-mis concitati fere usque ad horam nonam muros fortiter impugna-runt , portas urbis ignibus succen-derunt , et muros irrumpunt , et in plerisque locis aditu patefacto occupant civitatem. Cumque in-clusi non possent ferocitatem intrantium tolerare , in præsidium confugiunt arenarum , quod à Go-this fuerat antiquitus contra Ro-manorum potentiam obfirmatum: sed viri exercitus persequentes usque ad præsidium cädere non desistunt , adeo quod omnia fere habitacula et plateæ plenæ iacent cadaveribus mortuorum. Aliqui ta-men de vulgo qui prædæ insistere ni-

^(b) Compl. et
Al. existimarunt.

⁽ⁱ⁾ Compl. præ-
eminebant.

(k) Compl. se
vulneribus.

(l) Compl. et
Al. nec sibi nec
civibus.

(m) Al. Hæc vir
ille.

nitebantur, adverso gladio perierunt. Cumque in parte Pauli dissensio oriretur, eo quod incolæ proditionem in suorum aliquos re-torquebant, mutuis ^(k) vulneribus concidebant, et adeo invaluit ista cædes, quod licet ipse Paulus quemdam esse de suis vernulis ac-clamaret, de manibus ferientium non potuit liberare. Unde et factus contemptibilis, tam ipse, quam sui qui cum eo ab Hispania vene-rant, ab omnibus incolis suspicio-ni et despectui habebantur. Vere-bantur enim, ne in suis capitibus admissam Bambæ Principis gra-tiam procurarent. Unde et redi-viva concertatione concisi, mira-bili spectaculo caterva prosterni-tur perfidorum, et qui Gothorum evaserant vim, armorum suorum gladiis ceciderunt, ita ut penetra-lia et abdita cadaveribus essent plena, aliqui etiam letali vul-ne-re sauciati mortuorum effigiem si-mulabant. Paulus autem talia vi-dens, tyrannidis ferocitate depo-sita, magna cordis miseria arcta-batur, cum nec posset hosti resi-stere, ^(l) nec civibus subvenire.

Vir autem quandam de familia Pauli calamitati compatiens, in-quit Paulo: "Quid agis? Ubi sunt "consiliarii qui te ad tanti ludibrii "spectaculum perduxerunt? Quid "tibi profuit contra Regem et tuos "insurgere, cum nec te nec tuos "valeas adiuvare?" ^(m) Nec vir ille insultandi animo dicebat, sed mem-or beneficij ex compassionis ama-ritudine loquebatur. Tunc Paulus oravit, ut dolori confusionem non admiseret, et illico vir ille in gradu marmoreo, ubi talia pro-ferebat, à Pauli militibus est oc-

cisus, licet frequenti lacrima Pau-lus diceret esse suum, et ut par-cerent flagitaret, sed negligitur contemptui habitus, quasi conti-nuo moritus. Tunc Paulus omni-no desperans, quæ superbe præ-sumpserat, regalia depositu ornamenti, et ea die revoluto anno, hoc est. in calendis Septembri, qua religiosus Bamba fuit ad re-gimen sublimatus, ea die fuit ⁽ⁿ⁾ eruptio civitatis, et Paulus re-galibus spoliatus coronam depositu cum fortuna. His igitur malis Pau-lus proditor tabefactus, tertia die postquam depositu regni culmen, suis loquitur, ut mortis vale, aut vitæ consilium sibi darent.

*De legatione Argebadi Episcopi
ad Regem.*

CAP. VIII.

Tunc omnes communiter flagi-tant Argebadum Antistitem Nar-bonensem, ut Regi occurreret ve-niam petiturus. Hic eorum actibus non consensit, sed coactum du-xerant à Narbona, et tamen pie-tate solita condescendens, suscep-it officium supplicandi, et celebratis divini Mysterii sacramentis, eis-dem sacris vestibus cum quibus Deo immolaverat, quarto ab urbe millario exivit obviam Principi venienti. Et cum ad Regis præ-sentiam pervenisset, de equo de-scendens, coram maiestate regia se prostravit, quem Rex ut vidit, pietate motus illico substitit, et iussit à terra Pontificem elevari, et Pontifex voce flebili Principi supplicavit eiulans, atque dicens: "Peccavimus, inique egimus, nec ^{Judith. 7. 19.}" tan-

„tanti Principis venia digni sumus, „cum sit nostra iniquitas non tantum terræ, sed cœlo etiam revealata, quia et promissæ fidei „pacta fregimus, et læsæ crimen „incurrimus maiestatis; sed pietatis tuæ clementia condescendat,

(o) Al. *veniam*. „et præstet (o) venia quod petitio „non meretur, ut ad internecionem mucro non sæviat, et gladius reliquias non extinguat, et „saltem remaneat seminarium incolarum: iube ergo cessare à sanguine, quia pauci evasimus, et „pro paucis veniam postulamus; „si enim cito non pepercenis, non „supererit cui parcas.” Regis clementia his commota, vitam omnibus pollicetur salva iustitia tantæ culpæ. Pro tanta gratia præsul lætus addidit supplicare, ut ad iustitiam condonaret. Sed Rex inquit: “Quod iam dixi „penitus observabo, sed conditio- „nes alias non admitto: tibi autem „soli sufficiat me in omnibus per- „percisse.” Rex itaque propter nimiam instantiam aliquantulum indignatus, properavit ad arenarum præsidium capiendum animosus, eo quod audierat Francorum auxilia advenire. (p) Rege itaque cum exercitu procedente, armorum fulgor ex solis reverberatione præfulgidus terram quasi splendore dupli radiabat, et tantus erat decor exercitus, quod vix posset ei aliqua gloria comparari, cum maiores, mediocres, et iuvenes sic procederent ordinate, ut nullus esset qui à suo ordine dissideret, et specialibus vexillis quælibet acies signabatur. Fertur etiam Angelorum præsidia affuisse, et multis viuentibus, pugnatorum animos ere-

xisse. Cumque duæ manus quæ secum aderant, et illa quæ in Aquitaniam iverat, Principi advenissent uno ab urbe stadio, visione iam angelica roboratus, dispositis aciebus, corda suorum ad bellum excitat perfidorum; (q) invaluerat quippe rumor, Francos et Saxoness qui in subsidium venerant obsessorum, ad belli dubia se parare: sed cum nihil esse Princeps strenuus comperisset, nisi quod aliqui qui nuper advenerant, talia iactitabant, mox præcepit, ut de caveis arenarum proditores cum sibi faventibus abstrahantur, ut vivi Principi præsententur. Bellatoribus autem iussa complentibus, Paulus cum complicibus mox extrahitur de abditis arenarum, et per murum fune depositus, à duabus ducibus capillis tractus, et ludibrio habitus Principi præsentatur. Quo viso, Rex magnificus prorumpens in lacrimas, cœpit Regem omnium collaudare, et protensis in cœlum manibus proclamavit: “O Rex omnium te collaudo, „qui humiliasti superbum, ut *Psalm. 88. 11.* „vulneratum, et in brachio vir- „tutis tuæ adversarios dispersisti.” Sed mox Paulus ut faciem Regis vidi, soluto cingulo quo cingebatur, super terram coram Regis pedibus se prostravit, et collum cingulo propriis manibus alligavit. Iam enim exanimis et pavore perterritus, quid faceret, ignorabat, qui paulo ante se viderat gloriosum. Quum itaque ante Principem Paulus et complices sic iacerent, Regis compassio inquit ita: “Cur ad tantum malum vesaniæ pro- „rupistis, ut malum pro bono (r) be- „neficio redderitis? Vitam dono,

(q) *Al. inva- serat.*

(r) *Compl. be- neficio.*

„sed

„sed sub arcta custodia præcipio conservari, donec de vindicta iudicium agitetur.” Tunc traditi sunt per exercitum certis custodiis deputati. Francos autem et Saxones qui capti fuerant, iubet mitius pertractari. Erant enim nobiles, et stipendio, non odio trahabantur: quos omnes post diem octavum decimum, datis muneribus, suis terris restituit manumissos.

(s) Compl. et
Al Nomansi.

*De reparatione (s) Nemausi, et
restitutione Sacrorum.*

CAP. IX.

Post hæc autem Rex condolens dirutæ civitati, præcepit muros cum instantia reparari, et incensas ianuas renovari, et occisorum corpora sepeliri, et vulneratos medicorum officio confoveri, et thesauros omnes qui capti fuerant, solleter inquire, et cum diligentia custodiri, non cupiditate illectus, sed Sacrorum reverentia provocatus. Proditor enim Paulus timens, ne ærarium quod à Rege suscep-
(t) Al. usurpa-
verat.

tus cum suis tribunali adsisteret: “Adiuro te (u) per fidem (inquit Princeps) ut si te læsi in aliquo, aut tibi malum occasione malitia pro- curavi, hic edisseras coram cunctis, ut contra me tantum facinus cogitares, et regni etiam apicem attentares.” Mox Paulus coram omnibus protestatur, se à Principe nunquam læsum, nec in aliquo molestatum, sed suis beneficiis plus merito exaltatum, et quod fecerat, instinctu diaboli se fecisse.

Similiter (x) et omnes factionis

(u) Al. perfide.

(y) complices responderunt. Tunc iubentibus senioribus et viris illu-

(x) Compl. et
omnis factionis
complices.

(y) Al. complu-
res.

stribus ex (z) officio palatino qui judicialiter assistebant, prolatum

(z) Tol. iudi-
cio.

est instrumentum Toleti confe-
ctum, in quo (sicut superius di-
ximus) Paulus fidelitatem, sicut

alii, Regi et patriæ iuramento et subscriptione manus propriæ ro-
boravit. Allatæ sunt etiam et re-

lectæ conditiones quibus iurare populum sibi fecit, ut ei insepa-
rabiliter adhærerent, et ei fideliter

obedirent, et tanquam Princi-
pem observarent, et contra Re-

gem Bambam et defensores illius efficaciter adiuvarent, et contra deiectionem eius vel periculum usque ad effusionem sanguinis totis viribus dimicarent, et glorio-

sum Bambam infaustum Regem in concione sua sententialiter iudi-
carunt. His conditionibus et elec-

tione Bambæ in commune per-
lectis, à senioribus et viris illustri-

bus iudicati sunt sententialiter Pau-
lus et sui, Regis et patriæ prodi-

tores, eo quod in Regis mortem et patriæ exterminium coniuras-
sent: unde et capitali sententia

condemnantur. Sed Rex verax,

pro,

promissi non immemor , præcepit eis vitam , sicut Archiepiscopo promiserat , conservari , sed de calvationis opprobrio tunc confusos , effossis oculis , præcepit in vinculis custodiri .

De fuga Lupi ducis , et metu Francorum .

CAP. X.

(a) Al. Theuto-
nios. Iterum rumor increbuit ex adver-
so Francos et (a) Teutonicos contra
Regem quantocius advenire. Quod
Rex memor antiquæ iniuriæ suæ
gentis gratanter accepit , experiri
cupiens contra Francos. Unde et
aliquandiu expectavit , sed falso
rumore penitus expirante , delibe-
ravit cum eis in eorum finibus
experiri. Sed quia pacta pacis cum
Rege Francorum (b) intercesserunt ,
noluit pacis foedera violare : et ta-
men Francorum urbes quæ magnis
munitionibus præeminebant , ad-
ventu Regis in Galliam Gothi-
cam iam auditio , ab eius facie ti-
muerunt , et proprium excidium
deplorantes , à propriis sedibus re-
cesserunt , vitæ suæ latebrosis sub-
sidiis providentes. Cumque Rex

(c) Compl. et
Al. à Francorum
vastationis.

(c) Francorum à vastationis propo-
sito iam cessasset , et Nemausen-
sem urbem fossatis et muris for-
tissimis restaurasset , nuntiatum
est ei , Lupum ducem de nobilio-
ribus Franciæ Biterrense territo-
rium devastare. Quod Rex audiens ,
cum exercitu properans , Lupi fu-
gam voluit prævenire. Sed cum
Lupus iuxta Villam quæ Asperia-
num dicitur , regressum Principis
audivisset , tanto timore fugæ pe-
riculum meditatur , ut sui sibi , et

ipse suis viderentur penitus iam
deesse. Et partita fuga omnes si-
ne comitatus solatio aufugerunt ,
prædas et spolia et divitias quas
attulerant , hostibus reliquerunt ,
et multi quibus timor abstulit alas ,
capti postea (d) remanserunt , et
tanta fuit celeritas fugientis , quod
non potuit consequi studium sub-
sequentis , et sic fugerunt ad ab-
scondita latebrarum , quod pauci
aut nulli potuerunt inveniri .

*De (e) reformatione provinciæ (d) Al. repara-
Narbonensis , et reditu Regis
in Hispaniam.*

CAP. XI.

Fugato itaque Lupo duce , Prin-
ceps victor felici regressu Narbo-
nam pervenit , et disponens de
provincia Narbonensi , et de Ru-
teno , et Alba civitatibus quæ
tunc ad eam (f) provinciam perti-
nebant , præcepit diruta restaurari ,
et eos qui ob metum discidii fu-
gerant , revocari , et consuetudi-
nes indebitas in melius immutari ,
et omnia loca à malis usibus re-
formari , et locis debitissimis rectores
qui clementer agerent , deputari ,
ut terra tantis sordibus deformata
quasi novo baptimate purgaretur.
Præcepit etiam ut Iudæi quos Hil-
dericus vocaverat , ab illis finibus
pellerentur , (g) statutum omnium
pacis concordia roboravit , et ra-
dicem rebellionis et schismatis pe-
nitus extirpavit , et dimisit ibi
manum validam fortium bellato-
rum , Francorum prælia non for-
midans , immo potius vilipendens ,
cum nullus esset Principum vici-
norum qui cum eo præsumeret

(f) Tol. ci-
tatem.

(g) Compl.
statum.

concertare. His omnibus prōvide ordinatis , disposuit in Hispaniam remeare. Cumque ad locum qui Canebat dicitur , pervenisset , concione totius exercitus convocata , omnibus grates refert , quod tam fideliter , tam viriliter , et tam strenue sibi in omnibus astitissent , et quod eorum prōeliis tam cito rebellia subiecisset. Unde et imperterritus animo Princeps clemens cunctos absolvit , dans licentiam et sumptus itineris , ut quo placebet itinere , remearent : ipse quoque Helenam veniens , ^(b) biduum ibi mansit. Indeque veniens in Hispaniam , sexto mense à suo recessu rediit gloriosus , et quarto fere milliario ab urbe regia Paulus cum sociis factionis , decalvatis capitibus , rasis barbis , pedibus denudatis , induiti saccis , camelis impositi , et Paulus confusionis ⁽ⁱ⁾ potior , corona

^(b) Compl. per
biduum.

⁽ⁱ⁾ Compl. po-
tioris.

*Erexit factore Deo Rex inclitus urbem
Bamba , suæ celebrem protendens gentis honorem.*

In memoriis quoque Martyrum , quas super eisdem portarum tur-

*Vos domini Sancti quorum hic præsentia fulget ,
Hanc urbem et plebem solito ^(m) servate favore.*

⁽ⁿ⁾ Compl. in
Beatae Mariae
Virginis.

Hic anno regni sui quarto in Toletana urbe ⁽ⁿ⁾ beatæ Mariæ semperque Virginis atrio in secretario , post transactos octo et decem perturbationum et diversarum cladium annos , Concilium salutis paravit : et istud fuit Concilium undecimum Toletanum sub Quirico urbis regiæ Primate. Interfuerunt huic Concilio XVI. Episcopi et multi vicarii absentium Episcoporum , cum quibus et tempora

picea coronatus , sequente longa deductione suorum , quos cæcitas et proditio ^(j) deducebat , facti omnibus in derisum et ludibrium , in opprobrium et cachinnum , urbem ingressi sunt Toletanam , et carceri deputati , ut qui ^(k) supra se nequiter levaverunt , sedeant solitarii , et tabescant.

^(j) Compl. per-
ducebat.

^(k) Compl. se
supra se.

De reparacione urbis Toletanæ.

CAP. XII.

Postquam igitur Rex cum triumpho nobili fuit sedi regiæ restitutus , sceptra regni meditans eleganter , civitatem Toleti muro et exquisito opere renovavit , quam et opere scultorio versificando prætitulans , hoc in portarum epigrammatibus stilo ferreo in nitido lucidoque marmore fecit scribi:

ribus titulavit , ^(l) hoc similiter exaravit :

^(l) Compl. bæc.

absque Concilio prætereuntia deplorarunt. In hoc vero Concilio consolationem cum tantis viris recepit , et ibi fuit ^(o) tunc illud Concilium constitutum , ^(p) ut vicini Episcopi singulis per annum mensibus in urbe regia debeant commorari. Huius tempore ducentæ septuaginta naves Arabum ad litus Hispaniæ pervenerunt , cumque cædes et vastationes agerent , et ad Regis notitiam pervenisset , mis-

^(m) Compl. et
Al. salvate.

^(o) Compl. non
habet tunc.

^(p) Tol. et Compl. cum longe lateque , et ut vi-

cini.

misso exercitu bellatorum illico capiuntur, et naves incendio concremantur, et pars potior adventorum gladio detruncatur, et pars alia captivatur: et sic exercitus ad Regem cum gloria est reversus. Tempore autem Cindasvindi Regis, ex Græcia vir advenit nomine Ardavastus, qui ab Impe-

(q) Compl. ratore suo expulsus, mari (q) transvectus, in Hispaniam est (r) adductus.

(r) Compl. ad vectus, et sobrinus.

(s) Al. honorifice, et sobrinam.

suam ei matrimonio copulavit, ex qua suscepit filium quem Ervigium nominavit: qui Ervigius in palatio nutritus, processu temporis honore Comitis sublimatur, mortuoque Cindasvindo in superbiam elevatur, et contra Regem Bambam factionem incepit callide cogitare, et Regis potui ingessit herbam per quam Regis memoria turbaretur. Cumque Quiricus Episcopus urbis regiae et optimates palatii intelligerent Regem memoria destitutum, et causam penitus ignorarent, ne Rex Catholicus sacramentis fidei fraudaretur, statim confessionis et pœnitentiæ antidotum obtulerunt, et Rex (t) gloriosus devote suscepit, et religionis habitum postulavit, et ad monasterium convolavit in villa quæ Pannisplica dicitur, et ibi creditur tumulatus, et vixit in regno annis novem, et in monasterio annis septem.

(t) Compl. et
Al. Religiosus.

De regno Ervigii, et Iuliano Pomerio.

CAP. XIII.

Huic succedit Ervigius, eo quod

esset Recensvindi sobrinus, sed tyrannide, non de iure. Reliquerat enim Recensvindus filium parvulum Theodofredum cui regni successio debebatur. Cœpit autem regnare Ervigius Æra DCCXXIII, Æra 723. et regnavit annis VII. Hic Cisilonem filiam suam magno viro Egicæ, Bambæ Principis consobrino, dedit uxorem propter Recensvindi filium Theodofredum, ne regni eius primordia impediret. Huius in tempore fames valida Hispaniam pro parte depopulavit. Hic anno regni sui primo procuravit fieri Concilium duodecimum Toletanum quinto idus Maii, in quo fuerunt XXXV. Episcopi cum inæstimabili clero, et Christianorum collegio laicorum. Et hoc Concilium fuit sub Iuliano urbis regiae Primate, et subscriperunt Iulianus Hispalensis, Luiba Braccharensis, Stephanus Emeritensis, et suffraganei, et vicarii absentium prælatorum. Anno quarto Flavii Ervigii Principis fuit celebratum tertium decimum Concilium Toletanum sub eodem Iuliano Primate, et interfuerunt Episcopi numero XLVIII, Luiba Braccharensis, Stephanus Emeritensis, (u) Spandus Abbas agens vicem Tarragonensis, Pacatus Abbas agens vicem Sumpredi Narbonensis, et alii Episcopi Hispaniæ et Galliæ cum vicariis absentium vices agentibus. Quartum decimum Concilium Toletanum fuit anno quinto Flavii Ervigii sub Iuliano urbis Regiae Primate, subscriptibus Vitelliano Cypriani Tarragonensis metropolitani vicario, et Ioanne Abate Sumpredi Narbonensis Archiepiscopi vicem

(u) Compl.
Spandus.

agente, et Maximo Abate vicario Stephani metropolitani Emeriten-sis, Recisindo vicario Luibæ Archiepiscopi Braccharensis, Gauden-tio vicario Florisindi Archiepi-scopi Hispalensis, et ^(x) subscri-pserunt XVI. Episcopi, et alii vicarii absentium prælatorum. Et fuit celebratum hoc Concilium die Dominico, duodecimo calendas Decembris. In cuius tempore iam Julianus Episcopus (dictus Pome-rius) ex traduce Iudæorum, ut flo-res rosarum de inter vepres spina-rum productus, omnibus mundi partibus in doctrina Christi manet præclarus, qui et iam à parenti-bus Christianis progenitus splen-dide in omni prudentia Toleti ma-nebat edocitus, ubi et postmodum episcopatu extitit decoratus.

*De regno Egicæ, et scriptura
Benedicto Papæ transmissa.*

CAP. XIV.

Æra 73°.

Egica gener et successor Ervigii post mortem eius ad regni Go-thorum assumitur principatum Æra DCCXXX, et regnavit annis de-cem, et cum filio annis tribus: sed isti tres anni patri, non filio com-putantur, et ita in universo re-gnavit annis tredecim, et dum re-gnum accepit, filiam Ervigii con-iuratione Bambæ abiecit. Hic Go-thos morte fuit et odio persecutus. Huius tempore inguinalis pla-gæ necessitas invaluit in provincia Narbonensi, occasione cuius ad Narbonensem cathedram Episco-pi pertinentes, à Toletano Concilio excusantur, ita tamen quod eius-dem sacri Concilii instituta in sin-

gulis Cathedralibus Ecclesiis nun-cientur, et admittantur: et si quis Episcoporum hoc non fecerit, et anathemate feriatur, et quinta bo-norum parte mulctetur. Anno re-gni eius primo quintum decimum Concilium celebratur Toleti in Ecclesia prætoriensi Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, omni-bus Hispaniæ et Galliæ ^(y) Episco-pis aggregatis, beatæ memoriæ Iu-liano doctore clarescente, sub LX. numero Episcoporum, et multi-plici Christianorum collegio in circuitu assistente. In quo pro di-versis causis, et pro absolutione iuramenti quod præfato Principi Ervigo noxaliter fecerat, expo-scit Synodus, ut solveretur à iu-ramento. Eius in tempore librum de tribus substantiis, quem dudum Romam miserat Primas sanctissi-mus Julianus, et minus caute tra-ctando Benedictus Papa Romanus indixerat reprobandum, ob id quod voluntas genuit voluntatem, Sanctus Julianus veridicis testimoniis in hoc Concilio ad exactionem præfati Principis per oracula eo-rum quæ Romam transmiserat, verum esse firmavit, et apologeticum fecit, et Romam misit per suos legatos presbyterum, diaconum, et subdiaconum viros eru-ditissimos et in omnibus Dei ser-vos, et in divinis Scripturis imbu-tos, cum versibus etiam acclama-toriis, secundum quod et olim transmiserat de laude Romani Im-peratoris. Quod Roma digne et pie recipiens, cunctis legendum indixit, atque ^(z) Imperator accla-mando, *Laus tua Deus in fines terræ*, lectum sæpius notum fe-cit: qui et rescriptum domino Iu-

^(x) Compl. hic
et alibi habet
subscribunt.

^(z) Al. Papa.

Psalm. 47. 11.

lano per supra fatos legatos cum gratiarum actione, et cum honore remisit, et omnia quæcumque scripsit, iusta et pia esse depropmsit. Et fuit hoc quintum decimum Concilium Toletanum celebratum anno primo Regis Egicæ, quinto idus Maii, sub Iuliano urbis regiæ Primate, et subscripserunt ^(a) Sumphredus Narbonensis, Floresindus Hispalensis, Faustinus Braccharensis, Maximus Emeritensis metropolitani, et Sisuldus vicarius Cypriani Tarragonensis, et alii vicarii Episcoporum, qui non venerant causa legitima impediti, et fuerunt præter vicarios LXI. Anno sexto Flavii Egicæ nonis Maii fuit celebratum sextum decimum Concilium Toletanum sub Felice urbis regiæ Primate, et subscripserunt Faustinus Hispalensis, Maximus Emeritensis, Vera Tarragonensis, Felix Braccharensis metropolitani, et alii Episcopi suffraganei, et vicarii absentium vires agentes. Anno septimo Flavii Egicæ Regis quinto idus Novembris fuit celebratum septimum decimum Concilium Toletanum in Ecclesia Sanctæ Leocadiæ, ubi sanctum eius corpus requiescit, in suburbio Toletano sub Felice urbis regiæ Primate, qui gravitatis et prudentiæ excellentia nimia præpollebat, et ^(b) subscripserunt Faustinus Hispalensis, Maximus Emeritensis, Vera Tarragonensis, Felix Braccharensis metropolitani præter absentes qui pro se vicarios destinarunt. In quo Concilio idem Rex præsentialiter adfuit, et coram omnibus humili prostratus, se eorum orationibus commendavit, et tomum quem manute-

nebat, Primati et Concilio offens, super iis quæ ibi continebantur, sibi satisfieri postulavit, et hæc omnia in libro canonum plenissime declarantur.

De morte Egicæ, et regno Vitizæ.

CAP. XV.

Hic Flavius Egica tribus annis ante mortem ^(c) Vitizam filium suum quem ex Cisilone suscepserat, præfecit Gallæciæ quæ olim regnum fuerat Suevorum, et præcepit, ut in Tuda quæ est una de amœnioribus Gallæciæ civitatibus, resideret, et illuc etiam Flavius Egica Fafilam ducem, patrem Pelagii, licet invitum, exilio relegarat. Quem Fafilam Vitiza occasione uxoris fuste in capite vulneravit: ex quo vulnere mortuus fuit iuxta Urbicum, et ibi sepultus in villa quæ Duodecim manus, ab aliis Palatum appellatur. Post hæc Flavius Egica propria morte Toleti moritur, et ibidem honorifice sepelitur. Cui successit filius eius Vitiza Æra DCCXL, et regnavit annis novem, qui patri succedens in solio, quamquam petulcus, clementissimus tamen fuit, et non solum quos pater exilio condemnaverat, ^(d) verum etiam quasi clientulos, ut restitueret, laboravit. Nam quod pater imposuerat grave iugum, ipse modice relevabat, quos et pater patrio solo abdicaverat, ipse restituens, felici statui redonabat: et postremo convocatis omnibus, cautiones instrumentorum quas pater in dolo, conferat, ipse in conspectu omnium digno incendio concremavit, et non

^(a) Al. *Sumphredus.*

^(b) Al. *subscribunt.*

^(c) Al. *Vitizam* Compl. semper habet *Witizam.*

Æra 740.

^(d) Al. *recepit ad gratiam, verum misericorditer.* Compl. legit *recepit ad gratiam, verum etiam quasi.*

non solum liberos reddidit ab insolubili vinculo cautionum , verum etiam omnia restituit quæ Egica infiscarat , et expulsos officio restituit palatino. Hic in Ecclesia Sancti Petri quæ est extra Tole-
 tum , cum Episcopis et magnati-
 bus super ordinatione regni Con-
 cilium celebravit , quod tamen in
 corpore canonum non habetur.
 Cumque Vitiza circa initium opti-
 me inchoasset , cœpit postmodum
 flagitosius se habere , et Pelagium
 filium Fafilæ ducis Cantabriæ , qui
 postea contra Sarracenos cum Astu-
 ribus rebellavit , ob causam patris
 quam prædiximus , ab urbe regia
 coegit expulsum , et cum antea
 petulanter ageret in occulto , iam
 nunc luxus ^(e) impudicitiam publi-
 cat in aperto , et laxatis habenis,
 nulli vitio se substraxit. Et utinam
 solus in suis sordibus periisset , ne
 nobilitatem Gothorum cleri et po-
 puli suis immunditiis infecisset. Ad
 tantæ enim ^(f) perditionis et disso-
 lutionis pervenit cumulum , ut plu-
 res uxores , et concubinas ad satie-
 tam libidinis simul detineret. Et
 exemplo simili viros illustres et
 potiores Gothorum ad similia fa-
 cinora inducebat , quorum exem-
 ple in minoribus populi peccata
 similia inundabant. Per idem tem-
 pus Gundericus , Toletanæ sedis
 Primas , sanctimoniacæ dono illustris
 habetur , et in multis mirabilibus
 clarior celebratur. Huic successit
 Sinderedus Episcopus urbis regiæ
 Primas , vir sanctimoniacæ studio cla-
 rus , et duravit usque ad tempora
 Roderici , et sub isto fuit perdita
 civitas Toletana. Hic viros longæ-
 vos et honorabiles , quos in Eccle-
 sia Toletana repererat , post mor-

^(e) Al. impudi-
 citia publicatur.

^(f) Compl. non
 habet perditio-
 nes.

tem Sancti Felicis et Gunderici
 predecessorum suorum , zelo sanctita-
 tis , licet non secundum scientiam ,
 cœpit graviter infestare , et hoc ad
 instinctum Vitizæ , qui propter sui
 nequitiam eorum iustitiam time-
 scebat.

De facinoribus et fraudibus Vitizæ.

CAP. XVI.

Verum quia ^(g) ista sibi in facie
 resistebant , propter vexationem
 Pontificis ad Romanum Pontificem
 appellabant. Vitiza facinorosus , ti-
 mens ne suis criminibus obviarent ,
 et populum ab eius obedientia re-
 vocarent , dedit licentiam , immo
 præceptum , omnibus clericis , ut
 uxores et concubinas unam et plu-
 res haberent publice iuxta libitum
 voluptatis , et ne Romanis consti-
 tutionibus quæ talia prohibent , in
 aliquo obedirent , et sic per ^(b) eos
 populus retineretur. Tanta igitur
 temporibus facinorum alluvio inun-
 davit , ut fere Gothorum strenui-
 tas quæ consueverat regnis et gen-
 tibus imperare , in vitiorum alti-
 tudine iam submersa , omnibus abo-
 minationibus subiaceret. Itaque
 Gothorum Hispanorumque regnum
 diffusum magnitudine dominaba-
 tur à mari usque ad mare (à Tin-
 gi enim civitate Africæ usque ad
 Rhodanum suæ sceptra propaginis
 dilatavit) excelsum nobilitate , lar-
 gum abundantia , devotum religio-
 ne , pacificum unione , clarum Con-
 ciliorum eloquentia , Episcoporum
 frequentia , religiosorum reveren-
 tia , Sanctorum Pontificum Lean-
 dri , Isidori , Helladii , Eugenii ,

^(g) Al. isti.

^(b) Compl. eos
 populos retine-
 ret.

Ildefonsi, Iuliani, Fulgentii, Martini

⁽ⁱ⁾ Tol. Dumi-
nensi. ⁽ⁱ⁾ Dumiensis, Idalii Barcino-

nensis, ^(j) Talonis Cæsaraugustani

^(j) Tol. et Compl. Taionis. ^(k) Al. et Cor-

dubæ profunda
philosophia.

^(k) Al. et Cor-

dubæ profunda
philosophia.

^(l) Compl. eodem
modo legit.

clara doctrina, ^(k) et Zazei Cordubensis profunda philosophia. Sed quoniam humani generis inimicus humano generi non desinit invidere, seminavit in potestate superbiā, in religione accidiam, in pace discordiam, in abundantia luxuriam, in sollertia ignaviam,

adeo ut sicut populus, sic et Sacerdos, sicut impii, sic et Princeps. Qui cum pro suis iniquitatibus timeret expelli, muros præcepit dirui civitatum ^(l) cunctarum, præter paucas quarum muros destruere formidavit, et arma ferrea in vomeres commutari, ut quasi omnibus connivens illicita, vide-

^(l) Compl. non
habet cuncta-
rum.

^(m) Tol. et
Compl. libita.
retur quietem, et pacem et ^(m) li-
cita procurare. Ipse tamen dolose agebat, ne possent sibi resistere, qui volebant eius sceleribus obviare. Alluvione ergo voluptatum in tota Hispania inundante, Vitiza Principe Maiestatis oculos provocante, repleta est terra iniquitate.

^{Gen. 6. 12.} Omnis quippe caro corruperat viam suam, et qui optimus, quasi paliurus, et qui rectus, quasi spina de sepe.

*De causis dissensionis propter
quas fuit destructio Hispaniæ
subsecuta.*

CAP. XVII.

Sed quia Dominus voluit Gothorum gloriam incurvare, Satan

⁽ⁿ⁾ Compl. im-
misit pacem.

^(o) Al. Theu-
defredus. Com-
pl. ita hic et ali-
bi.

⁽ⁿ⁾ immisit in pacem quam simula-
verat Vitiza. Cum enim ^(o) Theodofredus filius Recensvindi, qui in ætate parvula à patre fuerat de-

relictus, et in iuvenili ætate pla-

cidus, elegantis formæ, et indolis

gratiosæ, ab omnibus amaretur,

timens Egica pater Vitizæ, ne iu-

venis tanti generis et tantæ ^(p) spei

ad regni fastigium adspiraret, à pro-

priis finibus Cordubam exilio rele-

gavit. Cumque sibi mansio Cor-

dubæ placuisse, ibi palatum mi-

ræ fortitudinis fabricavit, quod et

filius eius ætatis robore adolescens

et dilatavit, et obfirmavit, qui

aliquandiu ibi moratus, duxit uxo-

rem de regali genere, nomine ^(q) Ri-

cilonem, ex qua suscepit filium

Rodericum. Cum autem Vitiza

regni gubernacula post patrem

suum Egicam suscepisset, æmu-

latione qua pater, cœpit persequi

Theodofredum, donec captum

utroque lumine ^(r) fecit orbum. Pe-

lagium etiam cuius patrem apud

Tudam fuste peremerat, volebat

pœna simili condemnare, sed ad

Cantabriam fugiens, evasit furiam

persequantis, quia volebat Dominus

liberationis ^(s) asylum in Hispaniis

conservari. Vitiza autem, sa-

crorum canonum inimicus, Oppæ

fratri suo Archiepiscopo Hispalensi

contradicidit Ecclesiam Toletanam, eiusdem Ecclesiæ vivente

Pontifice Sinderedo, ut sicut ipse

carnali, ita et frater spirituali adul-

terio fœdaretur; et ut iniquitatem

iniquitati adiiceret, violatis privi-

legiis Ecclesiarum, revocavit Iudeos,

et maioris immunitatis quam

Ecclesias privilegiis honoravit. Sed

quia iusto iudicio Dei agitur, ut

actores scelerum pœnas subeant

ultionis, de manu Domini dupli-

cia susceperunt qui pro simplici-

bis satisfacere noluerunt. Igitur

Rodericus filius Theodofredi, quem

^(p) Al. speciei.

^(q) Al. Vici-
lionem.

^(r) Al. orbavit.

^(s) Al. auxi-
lium.

(t) Tol.
Al. visus.

Vitiza , ut patrem , privare oculis
^(t) nisus fuit , favore Romani sena-
 tus qui eum ob Recensvindi gra-
 tiam diligebat , contra Vitizam de-
 crevit publice rebellare : qui viri-
 bus præminens , cepit eum , et
 quod patri suo fecerat , fecit ei ,
 et regno expulsum , sibi regnum
 electione Gothorum et senatus au-
 xilio vindicavit. Vitiza itaque ple-
 nus abominationibus , vacuus re-
 gno , orbus oculis , propria morte
 Cordubæ , quo Theodofredum re-
 legaverat , exul et ex-Rex vitam
 finivit Æra DCCLI; cumque duos
 filios reliquisset , Sisibertum et
 Ebam , neuter successit in regno ,
 eo quod essent propter patris in-
 solentias omnibus odiosi.

De regno Regis Roderici.

CAP. XVIII.

Hortante autem et adiuvante se-
 natu , et adhuc Vitiza vivente , cœ-
 pit conregnare Rodericus ultimus
 Rex Gothorum , anno Ulit quar-
 to , Arabum vero XCI , Æra
 749. DCCXLIX , anno septimo Viti-
 zæ : et tantum tribus annis regna-
 vit , uno per se , duobus etiam
 cum Vitiza. Erat autem Roderi-
 cus durus in bellis , et ad negotia
 expeditus , sed in moribus non dis-
 similis Vitizæ , nam et circa ini-
 tium regni sui Vitizæ filios Sisi-
 bertum et Ebam probris et in-
 iuriis laccessitos à patria propulsa-
^(u) et vit , qui , relicta patria , ad ^(u) Reci-
 lam Comitem Tingitaniæ ob pa-
 tris amicitiam transfretarunt. Erat
 autem tunc temporis Toleti pala-
 tium à multorum Regum tem-
 poribus semper clausum , et se-

ris pluribus obseratum. Hoc fecit
 Rex Rodericus contra voluntatem
 omnium aperiri , ut sciret quid
 interius haberetur , putabat enim
 thesauros maximos invenire ; sed
 cum aperuit , præter unam arcam
 repositam nil invenit. Qua aper-
 ta , reperiit quemdam pannum , in
 quo latinis litteris erat scriptum:
 "Quod cum contigeret seras fran-
 gi , arcam atque palatum aperi-
 ri , et videri quæ inibi habeban-
 tur , gentes eius effigie quæ in eo
 panno erant depictæ , Hispanias
 invaderent , et suo dominio sub-
 iugarent." Quod Rex videns , do-
 luit aperuisse , et , ut erat prius ,
 fecit arcam et palatum inserari.
 Erant autem in panno depictæ fa-
 cies , ut vultus , dispositio , et ha-
 bitus Arabum adhuc monstrat , qui
 sua capita tegunt vittis , sedentes
 in equis , habentes vestes diversis
 coloribus ^(x) variegatas , tenentes gla-
 dios , et ballistas , et vexilla in al-
 tum tensa : qua pictura Rex et
 proceres timuerunt.

*De violentia facta filiæ Comitis
 Iuliani , et coniuratione cum
 Arabibus.*

CAP. XIX.

Mos erat tunc temporis apud
 Gothos , ut domicelli et domicellæ
 magnatum filii in regali curia nu-
 trimentur. Inter ceteras domicellas
 filia Comitis Iuliani præstantior ha-
 bebatur. Erat autem Iulianus vir
 nobilis de nobili Gothorum prosa-
 pia ortus , illustris in officio pala-
 tino , in armis exercitatus , Comes
 Spathariorum , familiaris et con-
 sanguineus Vitizæ , et in oppido
 quod

(u) Compl. et
Al. Ricilam.(x) Compl. va-
riatas.

quod Consocra dicitur , et in maritimis diversarum possessionum titulis abundabat. Contigit autem ut idem Julianus legationis causa à Rege Roderico in Africam mitteretur. Qua legatione pendente, Rex Rodericus filiam eius de qua diximus , violenter oppressit. Hæc erat Regi promissa , sponsaliter non traducta. Alii dicunt uxori Comitis vim fecisse. Sed utrumlibet fuerit, Galliæ Gothicæ et Hispaniæ exitialis excidii causa fuit. Verum peracta legatione rediens Julianus , ut stuprum comperit, uxore vel filia revelante , dolorem continuo alacritate exterius procurata , et legatione exposita reces- sit indignans , et tempore hiemali navigio ivit Septam , ubi uxorem cum rebus domesticis collocavit , et habito verbo cum Arabibus , in Hispaniam est reversus, et ægrotantis matris desiderium simulans , à Rege filiam impetravit infirmæ matri solatio destinandam , quam receptam restituit matri suæ. Eo tempore Comes Julianus insulam viridem , quæ nunc Arabice *Gelzirat*^(y) *alhadra* dicitur , detinebat , ex qua barbaris Africanis damna plurima inferrebat : unde et ab eis plurimum timebatur. Erat autem tunc temporis in Africa Princeps quidam qui Muza proprio nomine dicebatur , et erat ab Ulit à Miramomenino præses Africæ constitutus. Huic fuit Julianus Comes factioso colloquio foederatus , promittens ei , si sibi crederet , Hispaniam se daturum. Muza autem , cognomento Abenozair , audiens Comitem Julianum , gaudio est gavisus , eo quod strenuitatis eius magnalia ex-

pertus fuerat in periculis gentis suæ , et continuo verbum huiusmodi^(z) Ulit Amiramomenino Arabum nuntiavit , qui inhibuit ei , ne in Hispaniam cisfretaret , (timebat enim posse in periculum redundare) sed paucos mitteret, per quos posset promissum Comitis aperiri. Muza autem misit cum Comite Juliano quemdam

^(z) Tol. et Al.
Abulit.

^(a) Tarif nomine , et cognomine Abienzarcha , cum C. militibus et CCCC. peditibus Africanis , et hi in quatuor navibus transierunt anno Arabum XCI , Æra DCCL , Æra 750 .

^(a) Tol. et Com.
pl. Taref.

Et iste fuit primus adventus Arabum citra mare , et applicuerunt ad insulam citra mare , quæ ab eius nomine dicitur^(b) Gelzirat Harif : et ibi substitit , donec ad se cognati et complices ex Hispania advenerunt , et primos insultus fecit in Gelzirat haladra , et inde abstulit magnam prædam , et alia loca maritima devastavit. Et Hispania misera quæ à tempore Leovigildi Principis fere per CXL annos in pace substiterat , iam nunc incipit innovatis antiquæ miseriæ cladibus laniari. Cædibusque in Lusitania et Bætica pro parte peractis , Julianus cum Arabibus quos adduxerat , ad Muzam rediit fastuosus. His diebus Sindredus , de quo diximus , urbis regiae præsul , et Primas , adventum Arabum expavescens , et Vitizæ insolentiis fatigatus , Romanæ patriæ sese dedit , oves deserens , ut mercenarius , non ut pastor. Viri autem longævi , de quibus diximus , Urbanum virum sanctimoniac in Episcopum elegerunt , intrusione Oppæ qui iam

^(b) Compl. et
Al. Gelzira Ta-
ref.

^(y) Al. halbar-
da dicitur , ob-
tinebat.

detinebat , ex qua barbaris Africanis damna plurima inferrebat : unde et ab eis plurimum timebatur. Erat autem tunc temporis in Africa Princeps quidam qui Muza proprio nomine dicebatur , et erat ab Ulit à Miramomenino præses Africæ constitutus. Huic fuit Julianus Comes factioso colloquio foederatus , promittens ei , si sibi crederet , Hispaniam se daturum. Muza autem , cognomento Abenozair , audiens Comitem Julianum , gaudio est gavisus , eo quod strenuitatis eius magnalia ex-

nil poterat, non obstante.

*De secundo introitu Arabum
in Hispaniam.*

CAP. XX.

Post hæc Muza vocatus ab Ulit à Miramomenino, ivit in Africam, relicto in patriæ principatu ^(c) Taric Abentiet, qui erat Strabo, cui iniunxit, ut Iuliano Comiti auxilia largiretur, et amicitiam conservaret. ^(d) Tunc autem dedit Comiti Iuliano XII. millia bellatorum, quos separatim duxit in Hispaniam in navibus mercatorum, ne causa transitus perciperetur, et convenerunt ad montem, qui ab illo Mauro ^(e) Gebel Taric adhuc hodie nuncupatur, (Arabice autem Gebel mons interpretatur) mense Regeb, anno regni Arabum XCII, Æra DCCLI. Quæ cum ad Regis Roderici notitiam pervenissent, misit contra eos sobrinum suum nomine Eneconem, qui cum eis sæpius dimicans, sæpius fuit victus, et ad ultimum interfectus; unde et Arabes, sumptis animis, audaciam assumpserunt, Iuliano Comite eos per Bæticam et Lusitaniam deducente. Gothorum enim exercitus prima vastatione percussus, et longa pace armorum usibus desuetus, antiqua magnalia ignorabat, et facti desides et imbelles, ^(f) ignari certaminis sunt inventi, et obicibus terga vertentes, ad mortem citius quam ad fugæ subsidia pervenerunt. Taric autem cum Iuliano Comite ad Muzam in Africam est reversus, et Iuliani fidelitas ex his factis apud Arabes fuit

^(f) Compl. et
Al. ignavi.

mirabiliter approbata. Unde et Muza Taric et Comiti ampliorem exercitum sociavit, et retinuit ^(g) Ratilam Comitem Tingitanum;

^(g) Compl. et
Al. Ricilam.

terrebant enim eum doli Comitis laqueosi, si forte cum aliis mittetur. Qui cum in Hispaniam applicassent, in Bætica et Lusitania cœperunt direptiones et excidia exercere. Rex autem Rodericus, audita strage suorum et provinciæ vastatione, Gothis omnibus congregatis, adventui Arabum se obiecit, et ad incursum eorum strenue properavit. ^(b) Cumque venissent ad fluvium qui Guadalete dicitur prope Assidonam, quæ nunc Xerez dicitur, ex alia parte sedit exercitus Africanus. Rex autem Rodericus cum corona aurea et vestibus deauratis à duobus mulis in lecto eburneo ferebatur, ut Gothorum Regum dignitas exigebat. Et per octo dies continuos à Dominica in Dominicam dimicarunt, ita quod de Taric exercitu fere decem et sex millia ceciderunt. Sed Iuliano Comite et Gothis qui secum aderant, dure instantibus, franguntur acies Christianorum, qui longa pace et abundantia desides, imbelles et ignavi certaminis sunt inventi, et obicibus tergadantes. Die Dominica, quinto idus mensis Xavel, anno Arabum

⁽ⁱ⁾ XCIII, Æra DCCLII, Rex Rodericus et christianus exercitus vin-

⁽ⁱ⁾ Compl. et
Al. XCII.

Æra 752.

citur, et fuga inutili perierunt. Duo autem filii Vitizæ, qui cum Iuliano Comite conspiraverant, Regi Roderico in hoc prælio adstiterunt, et alter à sinistris alter à dextris collaterales acies gubernabant, et dicuntur in præcedenti nocte cum Taric con-

si-

silium habuisse , ut ipsis à bello cessantibus , Gothorum exercitus de facili vinceretur , et Rex Rodericus cum esset magnanimus , antequam fugeret , permitteret se occidi , et eo mortuo , posset eis regnum perditum provenire : non enim credebat , quod possent , vel vellent Arabes patriam retinere ; unde et in conflictu armis depositis , quantocius effugerunt . Et hoc ipsum Taric promiserat , quod restitueret eis omnia quæ fuerant patris sui . ^(j) In exercitu christiano fuisse constat plus quam centum millia armatorum , sed erat populus duorum annorum peste et inedia imbecillis . Et quia divina gratia protectionis manum elongaverat ab Hispanis , gens illa victrix , gens illa nobilis , gens Gothorum cui se dederant Asia , et Europa , et eius fugacibus Vandalis orbis cesserat Africanus , triumphis Arabicis incurvatur . Conserto proelio cum Arabibus , Rex Rodericus fortiter insistebat , sed iners manus strenuitatis Gothicæ recurvata , quæ multorum sanguine consueverat gloriari , hostes suo cogitur satiare . Julianus autem animabat Gothos qui secum aderant , necnon et Arabes , ut bellum acrius restaurarent . Cumque bellum ex utraque parte instantius efferveret , alternis cædibus plurimi decidere . Iam iamque Gothorum aciebus fere undique consternatis , Rex Rodericus interdum fuga , interdum ^(k) occursibus nitebatur ; sed aliquandiu bello protracto , gens Gothorum in parte cæditur , in parte fugæ præsidio liberatur : et dum hoc agitur , quid de Rege Roderico acciderit , ignoratur ;

tamen corona , vestes , et insignia , et calciamenta auro et lapidibus adornata , et equus qui Orelia dicebatur , in loco tremulo iuxta flumen sine corpore sunt inventa . Quid autem de corpore fuerit factum , penitus ignoratur , nisi quod modernis temporibus apud Viseum civitatem Portugalliae inscriptus tumulus invenitur . *Hic iacet Rodericus ultimus Rex Gothorum . Maledictus furor impius Juliani quia pertinax , et indignatio quia dura , vesanus furia , animosus indignatione , impetuosus furore , oblitus fidelitatis , immemor religionis , contemptor divinitatis , crudelis in se , homicida in dominum , hostis in domesticos , vastator in patriam , reus in omnes , memoria eius in omni ore amarescit , et nomen eius in æternum putrescit .*

De destructione Gothorum , et commendatione Hispaniæ .

CAP. XXI.

Pro dolor ! hic finitur gloria Gothicæ maiestatis Æra DCCLII , Æra 75² . et quæ pluribus bellis regna plurima incurvavit , uno bello vexilla suæ gloriæ inclinavit : qui Scythiam , Pontum , Asiam , Macedonia , Græciam , et Illyricum variis cædibus vastaverunt , et eorum mulieres Orientalem plagam proeliis subiecerunt , et Cyrus magnum dominum Babyloniæ , Assyriæ et Mediæ , Syriæ et Hircaniæ , victum et captum in utre sanguinis extinxerunt , et cui victa Roma , provinciarum domina , flexit genu , cui Imperator Valens cessit

(j) Al. *Et in exercitu christiano dicuntur fuisse : Al. vero habet dicitur fuisse.*

(k) Tol. non habet *interdum fuga.*

incendio , cui ille eximius Attila Rex Hunnorum Catalaunico bello recognovit imperium , cui Alani fugitivo proelio Pannionam dimiserunt , cui Vandali cesserunt Gallias fugitivi , quorum bella minacibus tonitruis toti mundo à sacerulis intonarunt , Machometi numerus orta rebellio uno bello inaudito excidio consummavit , ut discant omnes , ne dives in divitiis , ne potens in potentiis , ne fortis in fortitudine , ne sublimis in gloria glorietur. Qui gloriatur autem , in Domino glorietur : quo-

2. Cor. 10. 17.

Iob. 5. 18. niam ipse vulnerat , et medetur , ipse percutit , ipse sanat . Cum enim sit Domini omnis terra , omnis populus , omnis natio , omnis lingua , omnia cursu instabili variantur , creatore omnium semper et in omnibus stabili ac permanente , qui mundi partes et climatum singula donis dissimilibus adornavit , inter quas Hispaniam in Occidentis finibus constitutam omnium desiderabilium copia ubertavit . Hanc , ut diximus , peragratissime omnibus et ⁽¹⁾ obtentis Asiæ et Europæ provinciis , et experti bella et certamina , et quibus insecederant , varias mansiones attendentes , ^(m) in locorum commoda omnibus prætulerunt , eo quod inter omnes mundi provincias specialibus ubertatis titulis redundabat : quæ pyrenæis montibus à mari usque ad mare protensis Oceano circumducitur , et Tyrrheno . Gal-

(1) Al. obtentis omnibus.

(m) Compl. et locorum commoda , ipsam omnibus prætulerunt.

(n) Tol. et Al. et.

Galia ⁽ⁿ⁾ etiam Gothica , id est Narbonensis provincia cum Rutheno , Alba , et Vivario civitatibus , quæ Gothorum tempore ad Narbonensem provinciam pertinebant , et in Africa , una provincia decem ci-

vitatum , quæ Tingitania dicebatur , ad Gothorum dominium pertinebant . Hispania quippe , quasi paradisus Domini , vere principali bus fluminibus irrigatur , scilicet Ibero , Doria , Tago , Ana , et Bæti , montanis inter quælibet interiectis . Mediæque Valles ^(o) sui latitudine deserviunt ubertati , et humore fluminum fecundantur , et pro magna parte rivis et fontibus irrigantur : sed et puteorum suffragia raro desunt ^(p) secunda frugibus , amoena fructibus , deliciosa piscibus , sapida lacticiniis , clamosa venationibus , gulosa armentis et gregibus , superba equis , commoda mulis , privilegiata castris , curiosa vino , deses pane , dives metallis , gloriosa sericis , dulcis mellibus , copiosa oleo , læta croco , præcellens ingenio , audax in prælio , agilis exercitio , fidelis dominio , facilis studio , pollens eloquio , fertilis in omnibus , nulla in fertilitate similis , nulla munitionibus comparabilis , paucæ magnitudine æquales , in ^(p) libertate præcipua , fidelitate pretiosa , in audacia singularis . Sunt et alia flumina quæ retentis nominibus capitalia nuncupantur , ut Minius qui in parte Gallæciae oritur , et per eandem discurrens provinciam , in Oceanum derivatur . Ab hoc et flumine provincia illa Minea appellatur . Abaris et Succaris , quæ oriuntur in territorio Segontinensi Toletanæ provinciæ , in Rhenum retentis nominibus dilabuntur . Hoc ergo regnum tam nobile , tam ornatum , patriæ gladio in se verso , quasi in eo manus hostium non coepissent , succubuit uno impetu vix incepto : et captæ fuerunt

(o) Compl. secundum latitudinem.

(p) Compl. liberalitate.

omnes Hispaniæ civitates , et manibus diripientium sunt subversæ.

Deploratio Hispaniæ, et de causa excidii Gothorum.

CAP. XXII.

Bello autem miserabiliter consummato , cum vix superesset qui ad bellum ex alterutra partium non venisset , omnibus in se cæsis , remansit terra populis vacua , sanguine plena , fletu madida , ululatu clamosa , advenis hospita , civibus peregrina , nudata incolis , orbata filiis , confusa Barbaris , infecta sanguine , stupida vulnere , destituta munimine , et suorum solatio desolata. Iam clades Herculis innovantur , iam Vandalorum , Alanorum , et Suevorum obducta vulnera reputrescunt : quæ olim Romanorum gladio sauciata , Gothorum medicamine post curata , nunc ipsa ^(q) ferro cæditur , iam extincta et oblita cantica in loquela labii iam lingua loquitur peregrina. Viri exercitus in coccineis , et equorum igneæ sunt habenæ , et eorum facies ut nigredo , vultus gloria quasi ^(r) oleæ , et eorum oculi velut ignis , velocior pardis milles eius , et lupo crudelior vespertino. Enimvero ^(s) genti Afrorum , quæ olim de viribus non præsumens , dolis et divitiis nitebatur , nunc ^(t) cedit Gothorum strenuitas in momento , quæ citius cecidit quam dici possit , et vix relinquitur , ut deploret , quod mortis instantia non reliquit , ut clamet transeuntibus : Iam non ^(u) vivo : attendite si est dolor similis sicut meus , vox eius percipitur ut Py-

thonis , et eloquium eius mussitat ut ex humo , ploratus et ululatus lugubris vix auditur. Hispania suos filios plorat , et consolari non potuit , quia non sunt. Facta est eius habitatio iam deserta , eius gloria iam confusa , iam eius filii gladio ceciderunt , et eius incliti iam captivi: Principes eius in opprobrium ^(x) habuerunt , et vix bellator in exterminium. Qui erant liberi , mancipati sunt servituti , qui consueverant in militia gloriari , coguntur cultro et vomere incurvari , qui vescebantur voluptuose , nec vilibus satiantur , et qui nutriti sunt in croceis , non tangibilia amplexantur , ut nec inundatio pluviarum , nec alluvio tempestatum eis ^(y) potuerunt adæquari. Quæ Hispaniam non prætereunt tempestates ^(z)? Parvuli alliduntur , adolescentes cædibus involvuntur , iuvenes gladiis extinguntur , viri in proeliis prosternuntur , senes excidio consumuntur , et quos senium et decrepita fecerat honorandos , hos Afrorum crudelitas abiicit extirpando , mulieres servantur ad ignominiam , et earum speciositas ad contumeliam. Qui rubustus animo , occubuit gladio , qui velox pedibus , à sagittariis est confossus : pepercit gladius ^(a) inimicis , et in domesticos debacchatur : non erat qui resisteret Gothis dimicantibus in se ipsos. Quis dabit capiti meo aquas , et fontem oculis lacrimarum , ut plorem excidium Hispanorum , et miseriam gentis Gothorum ? Conticuit religio Sacerdotum , cessavit frequentia ministrorum , abscessit diligentia prælatorum , periit doctrina fidei et Sanctorum unio , pater solvit or-

^(q) Compl. fætu cæditur iam extincto.

^(r) Al. olla.

^(s) Compl. gens.

^(t) Compl. ei cedit.

^(u) Compl. vi-va.

Tbr. 1.12.

Terem. 31. 15.

^(x) Compl. et Al. abierunt.

Tbr. 4. 5.

^(y) Compl. po- tuerit.

^(z) Deest in- terrogatio in Compl. MS.

^(a) Al. inimi- citiae.

Ter. 9. 1.

thodoxorum , sanctuaria destruuntur , Ecclesiæ diruuntur , et quæ laudabant in cymbalis , provocant in blasphemis , lignum salutis à

Num. 21. 9. Sanctis eiicitur , non est qui adspiciat ut salvetur. Sollemnia penitus cessaverunt , et Ecclesiæ or-

(b) Compl. sunt mutata. gana in blasphemiam ^(b) transierunt , non est qui iubilet in Ecclesiis , et subsannat confessio Machome- ti , defœdat abusio ornamenta , et vasa sancta contaminant alieni , religionem devorant inimici , et omnis habitatio desolatur , cum occiditur habitator , civitates ignomi- niis consumuntur , et quæque vi- ridia succiduntur. Adeo enim pestis invaluit , quod in tota Hispania non remansit civitas Cathedra- lis quæ non fuerit , aut incensa ,

(c) Compl. aut obtenta. aut diruta. *(c)* Arabes enim , ^(d) quæ

(d) Compl. quas. vi non poterant subiugare , falso foedere deceperunt , Oppa filio Egi- cæ Hispalensi Episcopo suadente , ut subiecti Arabibus viverent sub tributo , et si forte Dominus patriam visitaret , fierent subvenien- tibus in succursum. Et sic fraudi- bus circumventi reddiderunt op-

pida , et præsidia civitatum , et isti dicti sunt mixti Arabes , eo quod mixti Arabibus convivebant , quorum hodie apud nos nomen perseverat et genus ; et tali fraude Arabes fere omnia occuparunt , et omnibus occupatis , rupto foedere , thesauros Ecclesiarum et dvitias incolarum pariter exhauserunt , ni- si quod Episcopi postmodum cum reliquiis Asturiis se dederunt. Quidquid illa Babylon magna , inter re- gna sæculi prima , à Cyro et Dario *Isai. 13. 8c.* subversa pertulit , nisi quod perpe- tuo exterminio solum à bestiis et *Ibid. v. 21.* serpentibus habitatur , quidquid do- mina provinciarum Roma ab Ala- rico et Athaulpho Gothorum Re- gibus et Giserico Vandalorum Prin- cipe est perpessa , quidquid Hie- rusalem iuxta Dominicam prophe- *Marc. 13. 2.* tiam lapide super lapidem non re- licto sustinuit diruta et incensa , quidquid Carthago nobilis à Sci- pione Romano direptione et in- cendio passa fuit , hoc misera Hi- spania omnium clodium coniectis miseriis est experta , nec est qui adiiciat misereri. Sed quia

Regis ad exemplum totus componitur orbis,

(e) f. propter peccata. ^(e) peccata Vitizæ et ultimi Roderi- ci et aliorum Regum qui præcesse- rant , quorum aliqui factio , ali- qui fraticidio , seu parricidio , re- gni usurpaverant potestatem , suc- cessione legitima non servata , in- canduit ira Dei , et Gothorum gloriæ , quam hactenus susten- rat , eiecit à facie maiestatis , et quos sustinuit in hæresi Ariana à tempore Valentis Imperatoris usque ad tempora Recaredi , sicut supe- rius est descriptum , nunc Vitizæ

abominationibus et aliorum Re- gum sceleribus provocatus , non addidit ulterius tolerare. Nomina autem Regum hic duximus expri- menda qui factioso gladio perie- runt. Athaulphus apud Barchino- nam inter familiares fabulas à quo- dam suorum fuit proditaliter interfectus : Segericus fuit à suis similiter interfectus : et Thuris- mundus apud Tolosam consilio fratri sui à suo famulo interfectus : Theudoricus fuit à fratre suo ^(f) si- *(f) Compl. Eu- mi.* rico.

milititer interfactus: Amalaricus apud Narbonam in foro fuit à suo exercitu interfactus: et Theudius fuit interfactus á quodam qui se insatum, ut Regem interficeret, simulavit: Theodosius apud Hispalim à quodam suorum fuit inter epulas iugulatus: Agila à suis est apud Emeritam interfactus: Leo-vigildus interfecit filium suum ^(g) Hermenigildum, eo quod nolebat hæresi consentire: et Luiba filius Recharedi à Viterico fuit proditionaliter interfactus: Vitericus coniuratione quorundam fuit inter epulas interfactus: et Vitiza à Roderico exoculatus: et Rodericus à Juliano, ut creditur, interfactus: Froila fratrem suum Vimaranum propriis manibus interfecit, et sui in vindictam apud Canicas ^(b) Froilam occiderunt.

^(g) Al. *Hermenigildum.*

^(b) Tol. *Fedu-lam.*

resistere cogitarent: et quia Toletum cunctas urbes fortitudine præcellebat, curabant omnes inibi receptari, et aliæ civitates et oppida remanserunt paucis defensoribus ^(l) habitata. Tunc Comes Julianus Taric consuluit, ut de suo exercitu bellatoribus compartitis, per diversas partes Hispania vastaretur, et ipse daret de suis complicibus qui ducatu et auxilio Arabes adiuvarent. Tunc Taric divisit exercitum, et misit quemdam, qui de Christiano factus fuerat Saracenus, qui dicebatur Arabice ^(m) Mogeit airomi, et erat servus Amiramomenini, et duxit secum DCC. milites, et Cordubam est profectus. Vix enim inter Arabes pedes quispiam reperiebatur. Nam ex equis Gothorum de pedestri ordine milites fuerant facti. Et misit alium exercitum contra Malacam et Granatam. Ipse autem cum majori exercitu venit Mentesam prope Giennum, et civitatem funditus dissipavit. Mogeit autem cum Cordubam venisset, in villa quæ Secunda dicitur prope Cordubam, insidias occultavit: et quidam de exercitu à quodam pastore quem ceperant, rumores Cordubæ sciscitarunt, qui et retulit maiores Cordubæ ad Toleti præsidium confugisse, et præfectum urbis cum CCCC. militibus remansisse, et urbem circumdatam muro forti, nisi quod iuxta pontem erat muri ambitus intercisis. Mogeit autem cum suo exercitu transivit Bætim, et aere et rore noctu tenebroso venit ad locum per quem muri interruptio viam dabat: ubi etiam erat fculnea, cui ut scalæ auxilio adhærentes, ad locum

^(l) Tol. et
Compl. derelicta. Compl. in
margine habet
habitata.

^(m) Tol. *Mogey Aromi.*

Qualiter Taric urbes occupavit.

CAP. XXIII.

Post bellum autem infauste patratum, Taric Christianos fuit usque in Eciam secutus, et qui erant in civitate, ⁽ⁱ⁾ et etiam qui extra fugerant, adhuc de multitudine confidentes, ei improvide occurrerunt, et bello infeliciter inchoato, infelicius perierunt, et occisis pluribus, plures ad civitatis ambitum ^(j) redierunt. Taric autem cum suo exercitu resedit iuxta flumen ^(k) Cilofontis, qui ex tunc dicitur fons Tarici. Christiani autem audientes quod gens advenerat quæ Gothorum gloriam sua multitudine superarat, et, licet falso, quod humanis carnibus vescebatur, tanta se ignavia abiecerunt, ut nec

⁽ⁱ⁾ Compl. et
Al. et qui è strage fugerant.

^(j) Tol. re-dierant.

^(k) Compl. in
loco fontis.

(n) Al. usus.

cum intercidii ascenderunt, et vittis Mogeit⁽ⁿ⁾ usi pro funibus, ad muri ardua conscenderunt, et vigilibus interfectis, seras et ianuas infregerunt, et per pontis ianuam intraverunt: quod cum urbis dominus percepisset, in Ecclesiæ præsidium quod erat fortissimum, se recepit; sed ibi eum tribus mensibus obsederunt: post quos idem dominus civitatis ad montana quæ imminent civitati, dimisis aliquibus in Ecclesiæ munimento, abiit fugitivus: quod cum ad Mogeit notitiam pervenisset, post eum insecuriores continuo destinavit: infelix autem fugitivi equi causa præcipiti conquassatus, desperatis rebus,^(o) ut in proprio clypeo residebat, quem Mogeit superveniens, cepit vivum. Nec aliquis de senioribus Hispanorum captus dicitur præter istum. Omnes enim alii deditio, aut foedere se dederunt. Mogeit autem Cordubam rediens, tandem præsidium Ecclesiæ impugnavit, donec captos capitibus mutilavit: et ex tunc dicta fuit Ecclesia captivorum. Iudæos autem qui inibi morabantur, cum suis Arabibus ad populationem et custodiā Cordubæ dimiserunt: dominum autem urbis quem ceperant, Ulit Amiramomenino^(p) Arabi præsentarunt.

(p) Compl. et
Al. Arabum.

*De captione Malacæ, Murciæ,
et Granatæ.*

CAP. XXIV.

Exercitus autem qui Malacam iverat, cepit eam, et Christiani qui inibi habitabant, ad montium ardua configuerunt. Alius exercitus

Granatam diutius impugnatam vi-
ctoria simili occupavit, et Iudæis
ibidem morantibus et Arabibus
stabilivit. Deinde ad urbem quæ
tunc Oreola, nunc Murcia dicitur,
properavit. Et dominus Murciæ
egrediens contra eos, infeliciter est
^(q) aggressus; et in urbis ambitu
circumseptus, cum esset providus
et discretus, fecit mulierum capi-
ta circumcidi, ut in muris afforis
apparentes, viri eminus crederen-
tur, et cannæ quas manibus præ-
ferebant, lanceæ putarentur: ipse
autem se simulans nuncium civi-
tatis, exivit ad obsecratores, et blan-
diens domino eorumdem, securi-
tatis gratiam impetravit, interpo-
sito foedere^(r) treguarum. Tunc
paucos ex eis introduxit in civi-
tatem, et cum vidissent hominum
raritatem, de datis treguis dolue-
runt, nec tamen pro religione iu-
ramenti treguas violarunt, sed pau-
cis Arabibus ibi relicts, ceteri To-
letum ivere, ubi Taric tunc tem-
poris consistebat. Cum enim To-
letum venisset, invenit eam fere
habitatoribus destitutam; plures
enim ad Amayeram, alii ad Astu-
rias, alii configuerant ad monta-
na. Taric autem ex Arabibus quos
secum duxerat, et Iudæis quos
Toleti invenerat, munivit Tole-
tum: exinde ivit Guadalfajaram,
et ad montem qui dicitur^(s) Ge-
belculeman, et imposuit ei nomen
Gebeltaric: inde venit ad^(t) civi-
tatem monti vicinam, in qua in-
venit mensam viridem ex lapide
pretioso, et mensa et pedes ex uno
lapide erant, et erat immensæ la-
titudinis et longitudinis, et im-
posuit villæ nomen^(u) Medina Tal-
meida, quod interpretatur civitas
men-

(q) Compl. con-
gressus.(r) Al. inducia-
rum.(s) Compl. Ge-
bel Zuleman.(t) Compl. et
Al. villam monti
vicinam.(u) Al. Medi-
nat Aleneinda.
Compl. legit
Medinat Al-
meynda.

mensæ : exinde venit Amaiam, olim Patriciam civitatem, ad quam propter fortitudinis prærogativam deiecta confugerat multitudo : sed quia fame et penuria fere laborabat tota Hispania, fame protinus fuit capta, et cepit ibi multa milia captivorum, et thesauros, et

(x) Tol. et
Compl. magna-
torum.
(y) Compl.
Asturicam.

donaria^(x) magnatum : exinde cam-
pos Gothicos et^(y) Asturicam de-
vastavit, et in Asturiis civitatem
Gegionem, et alia loca plurima
occupavit, et in locis idoneis præ-
positos stabilivit, et Toletum post-
modum est reversus anno Arabum
XCIII. Muza autem filius Azair
anno prædicto, mense Ramadan,
audiens magnalia, quæ Taric Prin-
ceps^(z) sui exercitus exercuerat in
Hispanos, familiaris zeli ductus
invidia, in Hispanias^(a) cisfretavit,
ducens secum plus quam XII. mil-
lia bellatorum : et cum venisset ad
insulam viridem quæ Gelzirat al-
hadra iam Arabice dicebatur, in-
colæ suaserunt, ut ea via qua Ta-
ric intraverat, ipse iret, quod no-
luit acceptare. Tunc^(b) ductores

(z) Tol. militiae
sue. Compl. mi-
litie' sui exer-
citus.
(a) Al. trans-
fretavit.

qui dicuntur^(c) Adalides, et alii
Christiani suaserunt, ut per alia
loca et civitates quæ à Taric nondum
fuerant acquisitæ, ipse pro-
cederet maiora præteritis patratu-
rus, et ipse gaudens, eorum con-
silio approbato, venit ad locum
munitum, qui latine civitas salva,
ab Arabibus Medinatsidona exinde
fuit dicta, (hæc est inter mare,
et eam quæ nunc Xerez, latine
autem dicitur Asidonia) et eam
pugnæ violentia occupavit. Dein-
de venit Carmonam, et quia di-
ctum fuerat ei quod vix impug-
natione aliqua posset capi, misit

Comitem Iulianum cum aliquibus
auditores.
(c) Compl. Ara-
bice Adalides.

duces, et ipse
ad locum
munitum, qui latine civitas salva,
ab Arabibus Medinatsidona exinde
fuit dicta, (hæc est inter mare,
et eam quæ nunc Xerez, latine
autem dicitur Asidonia) et eam
pugnæ violentia occupavit. Dein-
de venit Carmonam, et quia di-
ctum fuerat ei quod vix impug-
natione aliqua posset capi, misit

Christianis ; ut fugam quasi victi
à prælio simularent : et sic à ci-
vibus receptati, pro hospitalitatis
officio hospitam civitatem in ma-
nus Arabum prodiderunt ; noctu
enim vigiles occiderunt, et per
portam quæ Cortoba dicitur, Ara-
bes induxerunt. Deinde venit Hi-
spalim, in qua Gothorum substi-
terat multitudo, quæ ante Go-
thorum adventum à Silinguis Van-
dalis urbs regia habebatur, sed Go-
thi ab ea mutaverunt curiam in
Toletum. Hanc Hispalim cum Mu-
za aliquando obsedisset, Christiani
qui^(d) inerant, ad villam quæ Beia
dicitur, aufugerunt. Ipse autem
captam Hispalim de Iudæis et Ara-
bibus populavit, et inde ivit Be-
iam, et eam dispendio simili oc-
cupavit. Deinde ivit Emeritam,
quæ multis et antiquis ædificiis an-
tiquæ dignitatis gloriam testabatur,
et incolæ de multitudine præsu-
mentes, contra eum ad prærium
exierunt, sed ea die Muza non
potuit prævalere. Videns autem
quod vi non poterat obtinere, in
(e) lapicidina urbi proxima insidias
occultavit, et sequenti die, ut heri
fecerant, cives ad prærium pro-
cesserunt, sed inter celatam et acies
intercepti, ex civibus plurimi oc-
ciderunt, et qui evadere potue-
runt, ad urbis ambitum confuge-
runt. Erat enim muri firmitas mi-
ro opere fabricata. Christiani au-
tem corde pusillanimi desperantes,
sequenti die colloquium petierunt.
Cumque permissi ad Muzæ præ-
sentiam accessissent,^(f) viri cani-
tiem attendentes, ad suos post
colloquium redierunt, et exposita
canitie obsessoris, opinati sunt se-
nem brevi tempore desitum, et

(d) Tol. et Al.
iverant.

(e) Compl. la-
pidicina.

(f) Tol. et Al.
habent et.

ideo illa die à compositionis colloquio destiterunt. Tunc Muza præcepit murum perfodi circumquaque, obsessi autem ab intus exeuntes, plures ex fossoribus occiderunt. Die tertio iterum colloquium postulantes, ad Muzæ præsentiam redierunt, et quos pridie canos notaverant, tincturæ opere coloris contrarii invenerunt, et fuitate attoniti miraculum reputarunt, et ad suos illico redeuntes, nuntiarunt virum virtute præditum, qui nunc iuvenili, nunc senili præstantia iuxta beneplacitum mutabatur; et hoc miraculo turbati urbem protinus reddiderunt, interposito tamen pacto, ut salvis rebus recederent et personis. Cepit itaque villam anno Arabum XCIII. ultima die mensis Ramadan. Et dum hæc fierent, Christiani de Elepla et Beia et aliis partibus insurgentes, Hispalim adierunt, et urbis præsidium occupantes, plures ex Arabibus quos Muza reliquerat, occiderunt; ceteri qui evadere potuerunt, ad Emeritam quam Muza ceperat,

confugerunt. Tunc Muza filium suum Abdulaziz misit Hispalim cum exercitu copioso, qui veniens, urbem illico occupavit, et Christianos qui cædem egerant, interfecit. Eleplam etiam occisis incolis occupavit. Dum hæc aguntur, Pelagius in Asturiis rebellavit. Muza autem victoriis et spoliis gloriatus ivit Toletum, ubi Taric non minori gloria residebat, qui in occursum Muzæ ad Talaveræ confinia est egressus, et iuxta rivum qui Teitar dicitur, simulato gaudio convenerunt. Muza autem qui (g) in Taric calumnias cogitabat, Taric redarguit indignanter, eo quod, licet feliciter, mandatum præterierat in peractis, et Toletum pariter venientes, de obtentis et acquisitis, de divitiis et thesauris, de mensa exquisivit exactissime rationem, et receptis mensa viridi et pecuniis quæ Taric voluntarie revelavit, venientes ambo Cæsaraugustam, ipsam et civitates alias, et plura oppida Carpetaniæ, et Celtiberiæ occuparunt.

LIBER QUARTUS.

De rebellione Pelagii contra Arabes, et de sorore sua, et regno eius.

CAP. I.

Et dum tot dispendiis Hispaniam dissecarent, Deus omnipotens in ira sua misericordiæ non oblitus, Pelagium quasi scintillam modicam in suo conspectu voluit conservare. Hic Pelagius (ut est dictum) fugiens à facie Vitizæ qui

eum voluerat excæcare, licet Spaharius eius fuisset, apud Cantabriam se recepit, sed audiens succubuisse exercitum christianum, et Arabes quæque desiderabilia invasisse, sumpta secum sorore propria, Asturiis se donavit, ut sal-

(g) Tol. et Al.
non habent in.

(b) Al. monti- saltem in Asturiarum ^(b) angustiis
bus. posset christiani nominis aliquam
(i) Compl. scin- ⁽ⁱ⁾ scintillam conservare. Sarraceni
tillulam. enim totam Hispaniam occupave-
rant, gentis Gothicæ fortitudine iam
contrita, nec alicubi resistente, ex-
ceptis paucis reliquiis quæ in mon-
tanis Asturiarum, et Biscagiæ,
Alavæ, Guipuscuæ, Ruchoniæ,
et Aragoniæ remanserunt, quas
ideo Dominus reservavit, ne lu-
cerna Sanctorum in Hispaniis co-
ram Domino extingueretur. Præ-
fecerunt itaque Sarraceni in singu-
(j) Al. ut à pau- lis regionibus præpositos, ^(j) qui
peribus, ianito- à pauperibus, vinitoribus, et agri-
ribus, et agri- colis, quos sub tributo
tributo vivere colis christianis, quos sub tributo
promiserant.

(k) Compl. et Ali. occuparant. Ali. occuparat
prefectus. aliqua loca ^(k) occuparunt, præfe-
ctus quidam Munuza nomine, Chri-
stianus quidem, sed Arabibus fœ-
deratus, qui captus pulchritudine
sororis Pelagii, cum eo amicitias
simulavit, et fingens causam le-
gationis, Pelagium misit Cordu-
bam, quæ olim Patricia, tunc erat
Arabibus sedes regni. Eo misso,
Munuza, procurante quodam li-
berto, sibi sororem Pelagii copu-
lavit, sed postquam Pelagius re-
diit, facinus noluit tolerare, et re-
sumpta sorore, licet dissimulans,
in Asturiis se recepit non minus
magnanimus, quam sollicitus, li-
berationem patriæ adhuc sperans.
Munuza autem pro ablatione con-
iugis reputans se contemptum, Ta-
ric Principi nuntiavit, iam mani-
feste Pelagium rebellare. Qui mis-
sis militibus præcepit Munuzæ, ut
Pelagium caperet, et Cordubam
destinaret. Cumque milites ad Astu-

rias pervenissent, voluerunt Pela-
gium dolo composito retinere, sed
consilio per quemdam amicum in
vico qui ^(l) Urete dicitur, Pelagio <sup>(l) Al. Brete.
Tol. habet Pre-</sup>
revelato, quia non poterat armis ^{te.}
resistere, ad oppositam ripam Pio-
niæ fluminis, equo insidens, perna-
tavit, et quia fluvius inundabat,
Sarraceni persecuti cessaverunt, et
ad vallem quæ Canice dicitur, so-
lus venit. Inveniensque plurimos
qui metu ad edicta Arabum pro-
perabant, spiritu fortitudinis et spe
in Domino confortavit, quia etsi
propter peccata flagellat filios pe-
stilentes, in fine tamen non obli-
visceretur misereri. Illi autem sacra
monita attendentes, excusso metu
facti magnanimi et fideles, ad
montem magnum qui Auseva di-
citur, concenderunt, et per omnes
Astures sacra monita persuadens,
quasi de gravi somno pusillani-
mes excitavit, et de omnibus par-
tibus Asturiarum ad eum tamquam
ad Dei nuncium concurrentes, in
tanta desolatione ipsum in Princi-
pem elegerunt. Cœpitque per lo-
ca devia et incerta cædes agere
contra Mauros, et quasi gyrova-
gus eorum ^(m) totam victoriam per-
turbare, et suos ad persecutionem
Arabum roborare. Exercitus au-
tem, qui in capturam eius vene-
rat, Cordubam est reversus. Quod
cum audisset Taric qui Cordubæ
residebat, Alchamam principem
militiæ contra Pelagium destina-
vit, et ⁽ⁿ⁾ Oppam Episcopum Hi-
spalensem filium Egicæ, ut Pe-
lagium ad obediendum sibi mo-
nitis suaderet.

Psalm. 76. 10.

^(m) Compl. et
Ali. tutam.

⁽ⁿ⁾ In Comp.
MS. deest Op-
pam.

*De introitu Pelagii in caveam,
et strage Arabum , et captione
Oppae , et morte Alchamam.*

CAP. II.

Quorum adventum cum Pelagius percepisset , in cavea quadam quæ est in latere montis Ausevæ , de quo diximus , se recepit ; est autem hæc cavea quasi divino artificio rupe inexpugnabili circumclusa , et ab impugnatione secura. Et cum illa cavea vix sit mille hominum receptiva , assumptis secum quos strenuiores credidit , reliquos divinæ gratiæ commendavit , ut in tutis montium Dei misericordiam , et rei exitum expectarent. Ipse autem in cavea cum iis qui secum aderant , Dei misericordiam imploravit. Cumque Alchamam et Oppa Episcopus cum multitudo fundibulariorum et peditum ad Asturias pervenissent , et vastationes aliquas peregissent , demum in circuitu caveæ fixis tentoriis ^(o) resederunt. Oppa autem qui multos Christianos suaserat , tunc (ut fertur) mulo insidens , dicitur Pelagium taliter allocutus : "Quanta fuerit Gothorum gloria in Hispaniis , ipse nosti , et licet semper contra Romanos et gentes barbaras invicta fuerit , nunc Dei iudicio victa plorat. Quæ est ergo fiducia tua , ut clausus in antro cum viris pauculis nitaris resistere contra Arabes , quos totus exercitus gentis Gothicæ sub uno Rege non potuit sustinere? Recole Gothorum regnum , quanta doctrina , quanta potentia abundavit , et nunc ultimæ virtutis exinanitione consumptum ad

^(o) Tol. et Al.
recederunt.

"nihilum est redactum. Consule
igitur vitæ tuæ et eorum qui ^(p) te-
cum pari miseria consumentur ,
et Taric invicti Principis te exhibe
voluntati , ut et honoribus re-
doneris , et cum iis qui tecum
sunt , vita et operibus perfruaris." Cui respondit Pelagius : "Etsi ad
tempus Deus percutiat filios pe-
stilentes , non tamen ^(q) proiicit
in æternum." Nosti autem , Epi-
scope Oppa , qualiter tu et fratres
tui et ^(r) pater tuus Rex Vitiza
vestris sceleribus cum Juliano Co-
mite iram Altissimi provocasti ,
propter quod excidium gentis Go-
thicæ supervenit. Et flet Ecclesia
penitus destituta filios perditos et
extinctos , nec consolari sufficit , do-
nec Dominus consoletur : sed per
id modicum ^(s) et momentaneum
exterminii nostri pondus adiiciet
Ecclesia , ut resurgat , et ego spe-
rans in misericordia Iesu Christi ,
hanc multitudinem cum qua ve-
nis , nullatenus pertimesco ; ha-
bemus enim advocatum apud Pa-
trem Dominum Iesum Christum ,
in quem credimus , et speramus." Tunc Oppa Episcopus de persua-
sione desperans , exercitui dixisse fertur : "Inveni hominem obstina-
tum , nil restat de cetero nisi pu-
gna." Tunc Alchamam præcepit
fundibulariis , sagittariis , iaculariis ,
ostium speluncæ fortiter impugna-
re. Sed Dei manu pro suis con-
clusis misericorditer dimicante , la-
pides , sagittæ , et iacula in emissorum ^(t) interitum vertebantur. Sicque tali iudicio ferme XX. mil-
libus Arabum imperfectis , ceteri
quasi vertigine turbabantur. Quod
Pelagius cum vidisset , laudans Dei
potentiam , et spiritu fortitudinis

^(p) Tol. tunc.

^(q) Al. percu-
tiet.
Psalm. 76. 8.

^(r) Compl. et
Al. frater tuus.

^(s) Tol. non ha-
bet et.
Psalm. 40. 9.

^t. *Iean. 2. 1.*

^(t) Compl. et
Al. intentum.

robatus , cum suis egreditur à spelunca , et Alchamam cum maxima multitudine Arabum interfecit , præter eos qui eversis iaculis perierunt. Reliqui vero ad Ausevæ ardua fugentes , ab iis quos Pelagius reliquerat , cædibus perierunt. Qui autem ab iis evaserant , in Libana ad ripam Devæ fluminis pervenerunt , et super quodam montis supercilio incidentes , eodem supercilio in fluvium corruente , et aggere opprimente , in flumine sunt submersi : et Ægyptiorum ^(u) submersio novo miraculo præsentatur. Oppa autem à Pelagio captus mansit. Ab aliquibus dicitur Oppa fuisse filius Vitizæ , ab aliquibus frater Comitis Iuliani. Sed verius filius fuit Egicæ et frater Vitizæ. Sed utrumlibet istorum fuerit , certum est fuisse Archiepiscopum Hispalensem.

De translatione arcæ , et reliquiarum , et sacrorum librorum in Asturias.

CAP. III.

Urbanus autem Sinderedi successor , de quo superius diximus , arcam reliquiarum , et scripta beati Ildefonsi , et Iuliani Pomerii , et vestem ^(x) sacram quam beata Virgo dederat Ildefonso , cum iam videret in Hispaniis destructionem Ecclesiæ et populi christiani , ad Asturias dicitur detulisse , et de loco in locum , ^(y) ut persecutio exposcebat , à fidelibus ferebatur. Postquam vero urbs regia fuit non irruptione , sed foedera ab Arabibus occupata , quod tamen foedus Sarraceni postea irruperunt , clerici et Christiani electi cum aliis

qui in Hispaniis servituti barbaricæ mancipati elegerunt degere sub tributo , permissi sunt ^(z) uti lege et ecclesiasticis institutis , et habere ^(a) Pontifices , et evangelicos Sacerdotes : apud quos viguit officium Isidori , et Leandri , et viget hodie in sex parochiis Toletanis. Eo et tempore quo Urbanus in urbe regia præsidebat , Ovantius Archidiaconus Toletanus doctrina , sapientia , et sanctitate , secundum Scripturas spe , fide , et caritate præcipiuus habebatur , et Frodoarius Accitanæ urbis Episcopus religione et sapientia prædicabatur insignis , et usque ad tempora Almohadum qui Imperatoris Aldefonsi tempore incepérunt , in pace instituta evangelica servaverunt.

^(b) Et in isto medio fuit apud Hispanum gloriosus et sanctissimus Ioannes Episcopus , qui ab Arabibus ^(c) Caeit almatran vocabatur , et magna scientia in lingua Arabica claruit , multis miraculorum operationibus glorirosus effulsit , qui etiam sacras Scripturas catholicis expositionibus declaravit , ^(d) quas in formationem posterorum Arabice conscriptas reliquit. Fuit etiam ibi alias electus nomine Clemens , qui fugit à facie Almohadum Talaveram , ibique diu moratus vitam finivit , cuius contemporaneos memini me vidisse. Venerunt etiam tres Episcopi Asidonensis , et ^(e) Elepensis , et tertius de Marchena , et quidam Archidiaconus sanctissimus , pro quo etiam Dominus miracula operabatur , qui Archiquez Arabice dicebatur , et usque ad mortem in urbe regia permanerunt episcopalia exercentes , et unus eorum in Ecclesia maiori est sepultus.

Quod

^(u) Tol. emer-

^(z) Tol. et Al. in lege.

^(a) Al. Pontifi-
cem.

^(b) Compl. et Al. Et in isto medio accidit , quod in canone dicitur de Episcope Malachitano. Etiam in isto medio.

^(c) Compl. Zaeyt.

^(d) Compl. quas ad informa-
tionem.

^(e) Al. Plepen-
sis. Compl. le-
git Elepensis.

^(x) Al. sacra-
tam , quam beata
Virgo beato de-
derat. Al. habet
quam Virgo bea-
to dederat.

^(y) Al. prout. ut persecutio ex-
poscebat , à fidelibus ferebatur.
Postquam vero urbs regia fuit non
irruptione , sed foedera ab Arabi-
bus occupata , quod tamen foedus
Sarraceni postea irruperunt , cle-
rus et Christiani electi cum aliis

Quod autem ab aliquibus dicitur, quod à Juliano Pontifice Toletano et Pelagio Principe reliquiarum arca et Sanctorum scripta ab Ecclesia Toletana in Asturias sunt translata, stare non potest, cum Julianus Pomerius tertius fuerit ab Ildefonso, et Sinderedus sub quo Hispaniae destructio, quartus fuerit à Juliano. Hoc modo Ildefonso successit Quiricus, cui Julianus Pomerius, cui Sisibertus, cui Felix, cui Gundericus, cui ^(f) Sinderedus, sub quo fuit ab Arabibus civitas occupata. Item ab aliquibus dicitur, quod primatus Hispaniae prius fuit in Ecclesia Hispanensi, et post translatus ad Ecclesiam Toletanam, quod etiam stare non potest. In decimo sexto enim Concilio Toletano, ubi Sisibertus Archiepiscopus Toletanus fuit depositus merito culpæ suæ à generali Concilio omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, et cleri Hispaniarum, et Galliæ Gothicæ, decreverunt nihil tractandum in Concilio, donec provideatur primæ sedi urbis regiæ de Pastore. Et electus et translatus fuit Felix Archiepiscopus Hispanensis ad Ecclesiam Toletanam factus Pontifex Toletanus. Et in eodem Concilio Faustinus Braccharensis Archiepiscopus factus est Hispanensis, Felix Portugalensis Episcopus factus est ^(g) Braccharensis Archiepiscopus, et postea de ordinatione ^(h) Ecclesiarum concorditer tractaverunt. Unde patet, quod si Hispanensis ⁽ⁱ⁾ Ecclesia maior esset, non transferretur eius ^(j) Episcopus ad minorem. Quia igitur propter diversas relationes scriptorum interdum de veritate historiæ

dubitatur, diligentia lectoris inquirat, ut ex scripturis authenticis videat, quid debeat approbare.

De morte Munuzæ, et filiorum Vitizæ, et Comitis Juliani, et Regis Pelagii.

CAP. III.

Nunc ergo ad ordinem historiæ revertamur. Cum itaque Dominus divino prælio inimicos suos ad ostium caveæ Pelagii Principis, et in rupe ^(k) Devæ fluvio imminente, præcipitio et iaculis prostravisset, Munuza qui civitati Gegioni maritimæ et Asturiis præsidebat, fugæ periculo se commisit: sed ab Asturibus in vico qui Oalias dicitur, fuit captus et interfactus. Licet autem Gegio civitas sit deserta, Gilon terra vulgariter appellatur, in qua est monasterium Sancti Salvatoris. Muza autem condolens stragi, suspicatus est factione filiorum Vitizæ et Juliani Comitis provenisse, et eos pariter pactis et capitibus et vita privavit. Goths autem quibus fugæ facultas affuerat, audientes quod à Gothis manus Domini non discesserat, clanculo se furantes, ad Pelagium Principem advenerunt, et zelantes legem, et Machabæorum iustitiam æmulantes, pro fide comori elegerunt. Civitatem etiam Legionem quæ in descensu Asturiarum ab Arabibus tenebatur, primo exercitu invaserunt, in ea vexilla fidei exaltantes. Eo tempore Aldefonsus Catholicus, filius Petri Ducis Cantabriæ, in Asturias transmigravit, bella Domini cum Pelago Principe pugnaturus, cui Princeps

^(f) Al. *Sideretus.*

^(g) Tol. et Al. *Megarensis.*

^(h) Tol. et Al. *earum.*

⁽ⁱ⁾ Tol. et Al. *Ecclesiæ.*

^(j) Al. *Archiepiscopus.*

^(k) Compl. ova.

ceps Pelagius in uxorem dedit filiam suam Ormisindam. Pelagius vero post multa bella ^(l) decenter exercita migravit cum Domino apud Canicas anno decimo octavo regni sui.

^(l) Compl. non habet bella.

De regno Fafilæ, et Aldefonsi Catholici, et eorum morte.

CAP. V.

Mortuo Pelagio, cœpit regnare Æra 770. Fafila filius eius Æra DCCLXX. et regnavit annis duobus: qui levitate ductus, plus debito venationibus insistebat, et quadam die dum ursum insequi niteretur (decreverat enim cum ursō singulariter decertare) ab eodem ursō fuit miserabiliter imperfectus. Iste dignum memoria nihil egit, nisi quod quamdam Ecclesiam sanctæ Crucis pulchro opere decoravit. Post hunc cœpit regnare gener Pelagii Aldefonsus Æra 772. DCCLXXII, et regnavit annis XIX. Hic agnominatus fuit Catholicus, quia documenta fidei in se legaliter observavit, et ad id alios ut zelator fidei provocavit, et ideo ab omnibus ^(m) amabatur, et communī voto ab omnibus in Regem est receptus. Hie fuit filius Petri Ducis Cantabriæ, et habuit fratrem qui Froila dicebatur: (fuit autem Petrus Dux ex progenie gloriosissimi Principis Recaredi) qui cum fratre suo Froila sæpius Arabes bellis intentans, plurima bella gesit, et civitates multas occupatas ab eis christianæ potentiae redonavit, quasdam muniens, quasdam prosternens quas bellatorum defecitu non poterat retinere. Retinuit

^(m) Al. non habet amabatur, et communī voto ab omnibus.

autem in Gallæcia Lucum, et Tudam, et Asturicam; in descensu autem Asturiarum, expugnato exercitu Arabum, Legionem quæ postea ex frequenti Regum habitatione urbs regia fuit dicta. Occupavit etiam campos Gothicos, qui ab Estola, Carrione, Pisoriaca, et Doria fluminibus includuntur, et in partibus Castellæ Septemmancas, Dominas, Saldaniam, Amaiam, Mirandam, Ciniariam, Alesancum, Transmeram, Supportam, ⁽ⁿ⁾ Catrantium. ⁽ⁿ⁾ Compl. et Al. Carrantium. ^(o) Et à Malava, et Ordunia, ^(o) Compl. et in Alava. ^(p) Viscagia, et Navarra, et ^(q) Rughonia, et Sarasacio usque ad Pyrenæum plurima castra munivit populis christianis, et ^(r) multos ex his qui tenebantur captivi, reduxit ad patriam, et ad loca quæ potuit communire. Ad ipsum enim, tanquam ad singulare christianæ professionis asylum, ex vicinis regionibus quas Arabes occupaverant, christiana mancipia concurrebant, et quamvis divina gratia tantis eum honoribus exaltaret, humilitatem non deserens, omnibus se amabilem exhibebat, et Deo devotus, in civitatibus quas obtinuit, secundum quod potuit, opportune dedit operam, ut Episcopi crearentur, quorum doctrina reliquæ christianæ in fide catholica ^(s) firmarentur. Ecclesiæ etiam prout tanta desolatio tolerabat, structuris et ornamentis liberaliter decorabat, libros etiam sacræ Scripturæ undecumque poterat, colligebat, et omnia opera pietatis Deo et Ecclesiis et hominibus pro viribus exhibebat. Reliquit autem ex Ormisinda Regis Pelagii filia duos filios Froilam, et Vimaranum, et fi-

⁽ⁿ⁾ Compl. et Al. Carrantium.
^(o) Compl. et in Alava.
^(p) Tol. Bisca-gia.
^(q) Tol. et Al. Ruboma.

^(r) Al. multis.

^(s) Al. fove-rentur.

filiam Odisindam , et Mauregatum tertium filium ex ancilla , et propria morte vitam finivit. In cuius transitu voces psallentium in aere feruntur auditæ : "Ecce quomodo

Isai. 57. 1. "tollitur iustus , et nemo considerat : ablatus est à facie iniquitatis , et erit in pace memoria eius." Sepultus est autem cum uxore sua Ormisinda in Ecclesia Sanctæ Mariæ in tentorio Canicarum.

*De Froila , et operibus eius,
et morte.*

CAP. VI.

Æra 791. **P**ost mortem eius Froila filius eius successit in regno *Æra DCCXCI*, et regnavit annis XIII. Iste populavit Ovetum , et fecit ibi Ecclesiam Cathedram. Cumque à tempore Vitizæ insolens abominatio
(t) Compl. et Al. inolesset.
(u) Compl. fædarentur.
(x) Compl. dominio.
(y) Compl. hic et infra habet Moninam.

^(t) esset , ut clerus carnalibus coniugiis potiretur , iste intelligens iram Dei pro tanta immunditia æstuasse , iuxta sacrorum canonum instituta præcepit , ut ministri Ecclesiæ , castitate servata , nullatenus matrimonii vel connubiis ^(u) foederentur , et licet alias austerus fuerit et crudelis , propter hæc quæ circa clerum instituit , direxit Dominus manum eius. Cumque Omar Dux Cordubæ fines Gallæciæ infestasset , occurrens ei Froila , bello prostratum cepit , et interfecit , et in eo proelio quinquaginta quatuor millia Arabum ceciderunt. Rebellantem etiam suo ^(x) domino Gallæciæ populum subiugavit , eorum provinciam deprædatus. Navarros et rebellantes invasit , et sibi concilians uxorem ex eorum regali progenie , ^(y) Mo-

mernam nomine , sibi duxit , et cum eis Vascones sibi infestos suæ subdidit ditioni. Rediens ad Asturias suscepit filium ex Momerna nomine Aldefonsum. Cumque frater eius Vimaranus esset pulcher , strenuus , et affabilis , ab omnibus amabatur , quem Froila ob zelum regni propriis manibus interfecit , et filium eius Veremundum quasi pro satisfactione in filium adoptavit. Nec tamen cessavit indignatio sui generis contra eum. Unde et à suis apud Canicas fuit factio simili imperfectus , et apud Ovetum cum uxore sua Momerna fuit traditus sepulturæ.

De Aurelio , et Silone , et Mauregato , et ^(z) Veremundo Diacono.

CAP. VII.

Æra 804. **P**ost huius interitum Aurelius frater eius successit in regno *Æra DCCCIII*, et sex annis regnavit. Cuius tempore servilis origo contra proprios dominos insurrexit , sed eius industria in servitatem pristinam sunt redacti. Et in diebus eius Silo frater eius Odisindæ Froilæ Regis sorori coniugio copulatur , propter quam postea obtinuit regni sceptrum , et in principio anni septimi regni sui vitam finivit morte propria , post cuius mortem Silo causa Odisindæ regnum accepit *Æra DCCCX*, et regnavit annis octo , et in ^(a) Pravia ad regni solium sublevatur. Cum Arabibus pacem firmavit , et Gallæciæ rebellantem in monte ^(b) Cipero superavit , et suo imperio subiugavit. Aldefonsus autem filius

(a) Al. Veremundo. Compl. ubique legit Veremundus.
(b) Al. Cipro.

Æra 810.

(a) Al. Prava.

(b) Al. Cipro.

Froilæ et Momernæ propter Odi-
 (c) Tol. et Al. sindam (c) amitam suam regale pa-
 amicam.
 (d) Tol. Silo- latium gubernabat , et (d) Silonis
 nius. negotia procurabat , quia Silo de
 prole ex Odisinda desperans , in-
 ersiebat , et anno regni sui octa-
 vo humanis actibus est ademptus ,
 et in Ecclesia Sancti Ioannis Apo-
 stoli , quam ipse construxerat , fuit
 sepultus. Silone autem defuncto

Æra 818. **Æra DCCCXVIII.** omnes ma-
 gnates palatii cum regina Odisinda
 ad regni solium elevate Aldefon-
 sum. Mauregatus autem eius pa-
 trius ex ancilla , (ut superius di-
 ximus) elatus in superbiam , ad
 Arabes (e) se contulit , eisque con-
 foederatus , auxilium postulavit,
 spondens se eis fideliter servitu-
 rum , si eorum auxilio nepotis im-
 perium obtineret. (f) Compl. convo-
 lavit.

(f) Tol. et Al. Cumque enim es-
 set. sert. sert.

Mauregatus , ut favorem Arabum
 retineret , contra Dei legem mul-
 ta commisit. Puellas enim nobi-
 les , ingenuas , et plebeias stupris
 Arabum concedebat. Unde Deo
 et hominibus odiosus , expletis in
 regno quinque annis , (g) vitam fini-
 vit , et pravus in Pravia habuit

(g) Tol. et Al. non habent vi-
 tam finivit.

sepulturam. Regnavit annis quin-
 que , sed eius anni in computatio-
 ne temporum annis Aldefonsi Re-
 gis annumerantur. Eo mortuo , Ve-
 remundus filius Froilæ in Regem
 elititur , et quamvis magnanimus ,
 regnum tamen sponte dimisit , re-
 colens se (b) olim diaconi ordinem

(b) In Al. deest olim. Compl ha-
 bet olim ordinem
 Diaconis suscep-
 pisse.

suscepisse , et duobus annis vixit
 in regno , et sobrinum suum Al-

defonsum qui ad Navarros confu-
 gerat , revocavit , et in regno sub-
 stituit successorem , et cum eo
 aliis quatuor annis et sex mensi-
 bus dulcissimam duxit vitam , et
 propria morte vitam finivit , sepul-
 tus Oveti cum uxore sua (i) Imi-
 lone , quam vivens à se propter
 conscientiam ordinis separavit , re-
 lictis ex ea duobus filiis parvulis
 Ranimiro et Garsia.

(i) Tol. Inulo-
 ne.

*De Aldefonso Casto , et piis
 operibus eius.*

CAP. VIII.

Aldefonsus itaque dictus Castus ,
 filius Regis Froilæ , vir virtutum ,
 castitate et pietate præcipuus , abs-
 que contactu feminæ cælibem du-
 xit vitam. Unde et Aldefonsus
 Castus meruit nominari. XLI an-
 nis regnavit. Anno sui regni tertio
 exercitus Arabum cum duce suo
 nomine Mugay Asturias est in-
 gressus , sed Aldefonsi milites in
 loco qui (j) Lucos dicitur , Arabes (j) Compl. Lu-
 prævenerunt , et cum eodem duce ,
 bello inito , septuaginta millia Ara-
 bum ceciderunt , multisque prœ-
 liis repellens Arabes , pacem patriæ
 confirmavit. Anno autem regni sui
 undecimo à suis per tyrannidem
 regno expulsus in Abeliensi Mona-
 sterio se recepit. Indeque à Theu-
 do et aliis suis fidelibus revocatus ,
 regni culmini redonatur. Nunc
 misericordiæ suæ opera prosequa-
 mur. Hic cum multis virtutibus
 emicaret , palatia regia pulchro et
 forti opere construxit Oveti. Fun-
 davit etiam Ecclesiam Cathedra-
 lem , et maius altare in honorem
 Sancti Salvatoris , et altaria duo-

L de-

decim Apostolorum cum suis titulis elevavit, Ecclesiamque Sanctæ Mariæ iuxta Basilicam Sancti Tyrsi ex lapidibus et columnis marmoreis, argento et auro cum regali palatio adornavit, et Gothorum gloriam tam in Ecclesiis, quam in palatiis, ut olim Toleti fulserat, prout potuit, reparavit. Et sicut reparato templo per Esdram et Nehemiam, lætabantur iuvenes qui prioris templi gloriam ignorabant, et senes flebant qui prioris templi magnificentiam recolebant; sic et ibi qui gloriam viderant Toletanam, perfundebantur lacrimis et moerore, iuvenes autem, præteritæ gloriæ inscii, Regis magnalia cum laudibus extollebant. In altari etiam Sancti Michaelis posuit arcam reliquiarum, quam Rex Pelagius et Urbanus Episcopus urbis regiæ tempore perditionis Hispaniæ ad Asturias transtulerunt, ad quam hodie ex universis partibus devote concurrunt populi christiani, laudantes Dei beneficia quæ Dominus Iesus Christus ibidem suis fidelibus impartitur. Et in eadem Ecclesia dicitur esse vestis illa gloriosissima quam beata Virgo contulit glorioso Pontifici Ildefonso. Hæc autem arca reliquiarum dicitur Hierosolymis constructa fuisse, et tempore persecutionis Pseudomachometi per mare Hispalim fuisse translatæ, indeque Toletum adducta, demum (ut dictum est) tempore ^(k) quassationis cum multis aliis Sanctorum reliquiis in Asturiis collata.

^(k) Compl. casationis.

^(l) Compl. ac
et infra habet
Manuscr.

*De Angelicis aurificibus,
et Bernardo.*

CAP. IX.

Ad hæc cum Rex pretiosos lapides coram aspiceret, cogitavit crucem de auro, ^(l) et eisdem lapidibus fabricare, ipsique ab Ecclesia ad palatum venienti occurrerunt duo Angeli in effigie peregrina, se esse aurifex asserentes: Rex autem, datis auro et lapidibus, etiam dedit domum in qua possent secretius operari. Cumque in prandio consedissent, misit nuncios ad aurifex, sollicitans quinam essent. Cumque nuncii ^(m) accessissent, invenerunt crucem miro splendore consummatam, et corusco splendore totius domus penetralia illustrantem, adeo ut non possent tantum splendorem intuentium oculi tolerare. Quod Rex audiens, festinavit, et tanto splendore comperto, agens gratias Salvatori, convocato clero et populo et Pontifice, gloriosam crucem altari obtulit Salvatoris, et ista referens Leoni tertio qui Sedi Apostolicæ præsidebat, obtinuit, ut in Ovetensi Ecclesia Archiepiscopus crearetur. Cumque circa talia et circa prælia ⁽ⁿ⁾ existeret animosus, Semena soror eius Comiti Sancio viro nobili furtivo connubio clam consensit, ex quo suscepit filium nomine Bernardum. Quod cum ad Regis notitiam pervenisset, Comitem Sancium in castro quod Luna dicitur, carcere et vinculis coactavit, ^(o) mortis et vinculorum statuens unum finem. Sororem autem Semenam religioni in monasterio mancipavit. ^(p) Bernardum, quia non

^(l) Tol. et Al.
non habent et.

^(m) Al. adven-
tissent.

⁽ⁿ⁾ Compl. in-
sisteret.

^(o) Tol. et mor-
tis vinculorum.

^(p) Al. Bernal-
dum: ita etiam
semper Compl.
MS.

non

non habebat filium , delicate nutritivit , qui postquam adolevit , statura , vultu , eloquio , ingenio et consilio , et etiam armis fere omnibus præeminebat.

*De legatione ad Carolum,
et victoria Regis Alfonsi.*

CAP.X.

Rex autem longo regimine et laboribus fatigatus , ad Imperatorem Carolum qui Italij et Teutonicis et Gallicis imperabat , secrete nuncios destinavit , qualiter carebat filiis , et regnum , si veniret in adiutorium , sibi daret. Imperator autem Carolus impugnatione Arabum insistebat. Qui cum Hispanias occupasent , transiecto Pyrenæo , Galliam Gothicam , Burdegalam ,^(q) Pataviam , et Turoniam , et fere totam Aquitaniam occuparunt. Sed eos Carolus ab occupatis sedibus virtute prœlii abigebat , etiam

^(q) Compl. et Al. Pictaviam.

^(r) Compl. ci- tra Pyrenæum.

^(s) Tol. et Compl. alio.

cet turbatus ^(t) minis , et consilio satisfecit , et iteratis nunciis ad Carolum , quæ spoponderat , revocavit. Iratus autem Carolus , fidem mentitam intentans , cœpit Regi Aldefonso terribiliter comminari , et postpositis bellis Arabum , direxit acies in reliquias ^(u) Hispaniarum . Qui cum ad montana Hispaniæ pervenisset , in quibus pauci qui gladium effugerant , habitabant , cum clamore valido , tacti dolore cordis intrinsecus , lacrimas cum sacrificiis Domino miscuerunt , quasi non superesset eis ulterius vivere , cum cœli sententiam gladio Arabum iam experti , redivivæ morti iterum parabantur , quæ tanto amplius cruciabat , quanto ab illis timebant , de quorum debebant præsumere caritate , et quibus erant coniuncti fibula christiana. Cumque hoc verbum fuisse in Asturiis , Alava , et Biscagia , Navarra , Ruconia , et Aragonia divulgatum , omnes eodem animo et pari studio elegerunt mori potius , quam servire , collectique insimul cum Rege Aldefonso contra Carolum processerunt. Carolus autem ad radicem Pyrenæi ex opposito in valle quadam exercitum collocavit , quæ adhuc hodie Hospita vallis vocatur. Indeque procedens per vallem quæ vallis Caroli dicitur ,^(x) et planior invenitur , ne ascendentis impediret asperitas Pyrenæi , usque ad summitatem montis porrecto agmine processerunt. In prima acie venerunt præfectorus Britanniæ Rolandus , Anselmus Comes , et ^(y) Eginardus ^(y) Compl. Egiardus. qui erat præpositus mensæ Caroli. Quibus occurrens Rex Aldefonsus cum prædictis populis , virtute

^(t) Al. nimis , consilio.

^(u) Compl. His- panorum.

^(x) Tol. et Al. non habent et.

gladii, immo Domini superavit, et eis stratis, plures ex eis qui porrecto agmine procedebant, cæde et impetu ceciderunt, adhuc Carolo per vallem Caroli veniente. Cumque stragem præcedentium compresisset, turbatus insonuit buccina quam ferebat, damno, metu, fuga, et periculo comitatus, et aliqui qui à strage præcedentium aberabant, eisdem comitibus sociati,

(z) Al. se inanimes audita buccina confugerunt. Compl. habet semianimes audita buccina confugerunt.

(a) Al. qui.

(b) Tol. et Compl. delectus.

(c) Compl. et Al. reparato.

(d) Al. minitatur.

(e) Tol. et Al. istorum.

(f) Compl. et Al. Barcino-nensis.

gellensis territoria, satis constat, quæ cum Gothica Gallia Rex Francorum dicit ad se ex ea acquisitione quam superius diximus, pertinere. Sed Comes Barcinonæ dicit se transactione ab eius feudo liberum et exemptum.

De civitatibus Hispaniae, à quibus acquisitæ.

CAP. XI.

Verum cum Carolus tempore Regis Casti, qui cœpit regnare Æra DCCCXXV, fuisse noscatur, non invenio, quas civitates, castra, vel oppida in Hispaniis acquisisset. Nam (g) Tarracona diu destructa fuit tempore Bernardi Toletani Primatis, sicut patet in regesto Urbani Papæ secundi, qui Urbanus eundem Bernardum de restauratione civitatis, (h) et Ecclesiæ suis litteris animavit. Post recuperationem etiam Toleti regiæ civitatis Comes Barcinonæ Ilerdam, (i) Dertosam, et Fragam noscitur acquisisse. Montionem Titio quidam nobilis ex Aragonia acquisivit, et ei castrum illud proditione sublatum Comiti Barcinonæ deditione provenit. Osca à Rege Petro Aragoniæ noscitur acquisita. Cæsaraugustam, Tirasonam, Calataiub, et Darocam cum ceteris adiacentibus Aldefonsus Rex Aragoniæ (j) dicitur acquisisse, assistentibus sibi (k) retro Comite Perticarum, cui convenit Tutelei cum aliis castris, quæ postea dedit Garciae (l) Ranimiro Regi Navarræ cum sua filia Margelina, et Gastone Vice Comite (m) Benearnensi, cui etiam castra et possessiones in Ara-

(g) Tol. et Compl. Tarracona Metropolis diu, sed Compl. ubique legit Terracbona.

(h) Tol. et Al. non habent et.

(i) Compl. Der-tosam.

(j) Compl. ac quisivit.

(k) Al. Irreto Comite Perticarum, cui Tutela provenit. Compl. legit cui provenit Tutelei.

(l) Compl. Ra-nimiri.

(m) Compl. Bearnensi.

go-

gonia provenerunt. Idem etiam Rex habens uxorem Urracam filiam Regis Aldefonsi qui cepit Toletum, populavit Soriam,⁽ⁿ⁾ Almazan, Valeranicam, quæ nunc Verlanga dicitur, et Belliforamen. Sed in finibus regni Castellæ Aldefonsus qui cepit Toletum, cepit etiam Talaveram, Maquedam, Sanctam Eulaliæ, et ^(o)Alfanum, populavit Scalonam, cepit Margeritum, Canales, et ^(p)Ulnos, Talamancam, Uzetam, Guadalfaiaram, Fitam, et Almochariam : populavit Buitragum. Tempore ^(q) eius Bernardus

⁽ⁿ⁾ Al. Alma-
zam.

^(o) Al. Alfa-
min.

^(p) Compl. Ul-
nos.

^(q) Al. cuius.

^(r) Tol. et Al.
non habent vil-
lis.

^(s) Al. Celi.
Compl. Celim.

^(t) Compl. Fan-
daluz.

^(u) Compl. et
Al. Gormatium.

^(x) Al. Ance-
liam, et Cauriam.
Compl. habet
etiam Cauriam.

^(y) Compl.
Alarcuris.

^(z) Al. prius.

qui tunc temporis erat Primas, Alcalæ acquisivit. Idem etiam Rex Aldefonsus Secoviam, Abulam, Salmanticam cum omnibus oppidis et ^(r) villis suarum diœcesium populavit, quæ à tempore vastationis Arabum semper manserant desolatæ. Medina, quæ nunc ^(s) Cœlum, olim Segontia dicebatur, et Atentia, Ripa, ^(t) Fandalus per ipsum et suos suis victoriis accesserunt. Oxoma, Sanctus Stephanus, et ^(u) Gormatum tempore Comitum Castellæ christiano nomini provenerunt. Optam, ^(x) et Anteliam, et Cauliam obtinuit Imperator. Velesium Sancius filius eius suæ subdidit ditioni. Conciam, Alarconem, Moiam, Placentiam, Beiaram, ^(y) Alarcuis, Calatravam, Caracuel olim perdita Aldefonsus nobilis cum omnibus antedictis addidit fidei christianæ. Rex Ferdinandus pater Regis Aldefonsi qui cepit Toletum, Conimbriam acquisivit. Ulyssonam, Sanctam Ireneam, Elboram, Sintriam cepit Aldefonsus, qui ^(z) primus in Portugallia habuit Regis nomen. Cetera oppida earum diœcesium quæ-

dam ipse, quædam filius eius Rex Sancius popularunt. Ea autem quæ sunt nostris temporibus acquisita, suo loco, prout Deus dederit, prosequemur. Cum igitur hæc omnia infra ducentorum annorum spatium potestati ^(a) acreverint christianæ, non video quid in Hispaniis Carolus acquisiverit, cum ab eius morte anni pene effluxerunt quadringentesimi. Facti igitur evidentiæ est potius annuendum, quam fabulosis narrationibus attendum. Sive enim à Christianis, sive à Sarracenis, ipse vel eius exercitus ^(b) fuerit victus, itinere retrogrado, comitatus damnis et periculis, retrocessit, nec stramat Sancti Iacobi suo itinere potuit publicare, cui non obvenit transitum vallis Roscidæ penetrare: sed longe post cum gloria Apostoli Iacobi miraculis publicata poenitentium animos incitasset, propulsis à strata Sarracenorum incurribus, occultæ semitæ in viam publicam concreverunt, per quam ferme ab universis Christianorum finibus beati Apostoli limina visitantur: nisi forte aliquod insigne fecerit eo tempore, quo cum Rege Galafrio Toleti degebat. Fertur enim in iuventute sua à Rege Pipino Galliis propulsatus, eo quod contra paternam iustitiam insolescet. Et ut patri dolorem inferret, Toletum adiit indignatus, et eum inter Regem Galafrium Toleti et Marsilium Cæsaraugustæ dissensio provenisset, ipse sub Rege Toleti functus militia, bella aliqua exercebat, post quæ, audita morte patris Pipini, in Gallias est reversus, ducens secum Galienam filiam Regis ^(c) Galafrii, quam ad

^(a) Al acrever-
runt.

^(b) Compl. et
Tol. fuit.

^(c) Al. Galafri.

fi-

(d) Tol. et
Compl. commis-
sum.

fidem Christi^(d) conversam duxisse
dicitur in uxorem. Fama est et
apud Burdegalam ei palatia con-
struxisse.

(e) Compl. ubi-
que legit Al.
defonsus.

**De victoriis^(e) Alfonsi, et morte
eius.**

CAP. XII.

Nunc ad prosequenda facta Re-
gis Alfonsi, à quibus divertimus,
revertamus. Anno regni eius tri-
cesimo, duo exercitus Arabum
Gallæciam sunt ingressi, (dux unius
vocabatur Abolabez, dux alterius
Melhi) et audacter ingressi, auda-
cius sunt repulsi. Alter in loco qui
vocatur Naron, alter in Anceio
fluvio perierunt. Subsequente tem-
pore, anno regni eius tricesimo
septimo, cum fama sui nominis
Christianos et Arabes dulcoraret,
vir quidam^(f) civis Emeritensis
Mahamut nomine, de familia Ab-
derramæ Regis Cordubæ cui re-
bellionem procuraverat, indignationem
veritus, confugit ad clem-
entiam Aldefonsi cum multis
Arabibus qui ei favebant, et clem-
enter suspectus, per septem an-
nos in Gallæcia fecit moram, qui
octavo anno sui adventus, Arabum
manu adscita, habitatoribus Gallæ-
ciæ molestias inferebat, et prodi-
tionis præteritæ non oblitus, addi-
dit congeriem factioni. In castro
enim quod Sancta Christina dici-
tur, in præiudicium clementis do-
mini et exterminium telluris ho-
spitæ nisus est rebellare. Sed Rex
audiens, movit exercitum, obsedit
castrum cum multis millibus bel-
latorum. Cumque bellum contra
Regem prædictus proditor præ-

sumpsisset, victus, capite mutila-
tur, quod Regi illico præsentatur,
castrumque capitur Regis dominio
restitutum; et de Arabibus qui se-
cum primum venerant, et de aliis
qui postmodum adventaverant,
cæsa usque ad quinquaginta millia
remanserunt. Rex autem Aldefon-
sus Ovetum cum victoria est re-
versus.^(g) Licet autem dicatur LII.
annis regnasse, Siloni annis qua-
tuor conregnavit, et expulsus, an-
nis quinque tempore Mauregati,
et duobus in regno particeps Ve-
remundi, solus autem XLI: in
quibus licet uxorem habuit, ab
eius contactu semper extitit alienus,
caste, sobrie, immaculate,
ac pie regni gubernacula dirigen-
do, amabilis Deo et hominibus.
Apud Ovetum morte propria con-
summatus, immaculatum spiritum
ad coelos^(b) dimisit. Cuius corpus
omni veneratione delatum in Ec-
clesiam Sanctæ Mariæ quam ipse
fundaverat, in tumulo lapideo se-
pelitur.

**De strage Normanorum, et vi-
ctoriis Ranimiri.**

CAP. XIII.

Post obitum eius⁽ⁱ⁾ Ranimirus fi-
lius Veremundi Regis et Diaconi,
ipso Rege Aldefonso adhuc in ex-
tremis laborante, et hoc ipsum
præcipiente, ad regni fastigium
sublimatur *Æra* DCCCLIX, et
sex annis regnavit. Sed quia in
Bardulia pro accipienda uxore ali-
quandiu fecit moram, Nepotianus
quidam Comes palatii attentavit
regnum tyrannide obtinere. Rani-
mirus autem hoc audiens, festina-

(g) Tol. et Al.
Dicitur, nec ha-
bent quæ se-
quentur: Silo-
ni annis quatuor
conregnavit, et
expulsus annis.

(b) Compl. et
Al. emisit.

(i) Al. Rani-
rus primus.

Æra 859.

to revertitur, et apud civitatem Gallæciæ quæ Lucus dicitur, exercitum congregavit, et Asturias irruptione invasit, eo quod Astures Nepotiano favebant. Nepotianus autem, sumpta manu Asturum et Vasconum, Regi Ranimiro occurrit ad pontem fluvii qui Narcea nuncupatur. Nec mora destitutus à suis in ipso certamine fugam parat, fugitivus à duobus Comitibus Somna et Scipione in Pramaria capit, et sic regnum Ranimiro pacifice subiugatur. Rex autem Nepotianum in monasterium relegari præcepit, ut ibi finem vitæ orbus et monachus expectaret. Tempore Ranimiri gens Normannorum crudelissima et pagana ad Pharum Gallæciæ applicuit cum multis navibus et ^(j) triremibus: quod ut comperit Rex Ranimirus, congregavit exercitum Comitum et magnatum, et in Pharo Gallæciæ supradicto intulit eis bellum, et Domino adiuvante, gens Normanica, licet aspera, fuit victa, et septuaginta naves eorum incendio concrematæ, magna eorum multitudine interfecta. Qui supererant, navigio aufugerunt, spoliis multis victoribus derelictis. Fugientes autem Hispalim ^(k) confugerunt, et prædas agentes, plurimos occiderunt, usque adeo quod ipsam Hispalim irruperunt, et post anni circulum ad propria redierunt. Dum hæc aguntur, Ranimirus bellis ^(l) impetratur intestinis. Nam Comes palatii Alderedus, et Piniolus procer palatii cum septem filiis contra Regem in superbiam sunt elati. Sed eorum factionibus Ranimirus occurrens, Alderedum privavit oculis, Piniolum cum se-

ptem filiis interfecit. Post hæc autem Rex Ranimirus nolens otiosus à Dei servitio inveniri, aggressus est loca Arabum, et tam in villis, quam in agris, cuncta quæ reperit, etiam Anagarum incendio concremavit. Tunc Sarraceni cum maxima multitudine occurrerunt. Exercitus autem Regis Ranimiri, visa multitudine, ^(m) in locum qui Clavigium dicitur, se recepit. Cumque in nocte de certamine dubitaret, apparuit ei beatus Iacobus confortans eum, ut certus de victoria sequenti die bellum Arabibus instauraret. Cumque diluculo surrexisset, visionem Episcopis et magnatibus revelavit. Qui pro visione gratias exolventes, ad pugnam omnes se communiter paraverunt Apostoli oraculo roborati. Sed ⁽ⁿ⁾ ex alia parte Sarraceni de multitudine confidentes, ad prælium processerunt. Hinc inde itaque conserto prælio, Sarraceni confusione turbati, Christianorum ^(o) gladiis terga dederunt, ita quod ex eis fere septuaginta millia cediderunt. In quo bello beatus Iacobus in equo albo vexillum ^(p) manu baiulans, fertur apparuisse. Tunc Rex Ranimirus cepit Albaidam, Clavigium, Calagurram, et multa alia quæ regno adiecit. Ex tunc, ^(q) fertur, hæc invocatio inolevit, *Deus adiuta, et Sancte Iacobe.* Tunc etiam vota et donaria beato Iaco bo persolverunt, et in aliquibus locis non ex tristitia, aut necessitate, sed devotione voluntaria adhuc solvunt. Aderant autem cum Rege Garsias frater eius, qui à patre eorum Veremundo Diacono post mortem patris infantulus est relictus, quem Rex Ranimirus tanta be-

^(j) Compl. tries-
ribus.

^(k) Compl. ad-
venerunt.

^(l) Tol. et Al.
impellitur.

^(m) Compl. in
locu munito qui
Clavigium.

⁽ⁿ⁾ Compl. et
ex alia parte.

^(o) Tol. et Al.
Gallis.

^(p) Compl. al-
bum manu baiu-
lans.

^(q) Compl. et
Al. ut fertur.

benignitate fovebat , quod et tamquam seipsum diligeret , et participem faceret regni sui. Urraca autem ^(r) uxor Ranimiri quam ex Castella duxerat , cum esset christianissima , Ecclesias Sancti Iacobi et Sancti Salvatoris multis donariis adornavit. Construxit etiam Rex Ranimirus Ecclesiam Sanctæ Mariæ opere forniceo in latere montis Naurantii , duobus milliaribus ab Oveto. Anno sexto regni sui propria morte decessit , Oveti honorifice tumulatus.

De Rege Ordonio , et eius magnalibus.

CAP. XIV.

Ranimiro defuncto , Ordonius filius eius successit in regno Æra ^(s) Aera 866. ^(s) DCCCLXVI , et regnavit annis decem , vir patiens et modestus : uxorem duxit nomine ^(t) Mamadonam , ex qua genuit quinque filios : Aldefonsum , ^(u) Veremundum , Nunium , Odoarium , Froilam , qui dictus est Aragontus. Civitates desertas quas , eiectis Arabibus , Aldefonsus Maior invasione destruxerat , adductis populatoribus , reparavit , scilicet Tudam , Asturicam , Legionem , Amaiam , Patritiam. Contra Arabes sæpissime dimicans triumphavit. In primo anno regni sui adversus Vascones rebellantes exercitum congregavit , et coactos cædibus suo iuri eos et patriam subiugavit. Cumque victor ad propria remearet , audivit Arabes contra se cum exercitu advenire , et cum toto sui exercitus apparatu occurrit intrepidus ad bellandum ; et victor in

^(r) Compl. Re-
gina uxori.

^(s) Compl. et
A.I. DCCCLXV.

^(t) A.I. Mama-
dona.

^(u) Tol. et Com-
pl. ubique le-
gunt Veremu-
dus.

Arabes , plurimis eorum gladio detruncatis , ceteri aufugerunt , et sumptis spoliis et captivis , Rex Ordonius rediit gloriosus. Interim autem quidam Princeps Sarracenorum , natione Gothus , sed ritu Machometico inquinatus , cum tota sua gente deceptus , quos Arabes ^(x) Bencaharim dicunt , contra Regem Cordubæ rebellavit , eique plurimas civitates , quasdam fraude supplantavit , quasdam gladio , Cæsaraugastam , Oscam , Tudellam , et Toletum , ubi filium suum nomine Lupum præposuerat civitati: postea autem in Francos Cataloniæ et Galliæ Gothicæ arma verit , prædas , et cædes plurimas inferendo , duosque eorum Franco- rum duces , Sancium et Pulionem , fraude et proelio vicit , et cepit catenis , et carceri mancipavit. Duos etiam tyrannos Sarracenorum Ibembeanza et Alporz cum filio suo Azeth , partim Muza , partim filius eius Lopus præliando ceperunt. Carolus autem Rex Franciæ , non ille Magnus qui iam decesserat , videns quod sine magnis sumptibus et discrimine ei non poterat obviare , decrevit Muzam muneribus compescendum : et acceptis muneribus , inquietare cessavit. Tunc de tot victiarum successibus elevatus , præcepit suis , ut eum Regem tertium in Hispania appellarent. Post hæc præsumptio ne præterita non contentus , collecta manu valida , contra Regem Ordonium se paravit. Sed Rex Ordonius ad eius insaniam compremendam venit Albaidam , quam dictus Muza nuper Christianis ablata construxerat , et muris et turribus in ea præsidium obfirmarat ,

^(x) Tol. Beliaz.
Compl. Benha-
rim.

ad

ad quam veniens Rex Ordonius, conclusit obsessam. Quod audiens Muza, manu valida in succursum Albaidæ festinavit, et veniens ad montem qui Laturcius dicitur, fixis tentoriis spectavit. Ordonius autem audiens adventum Muzæ, medietatem exercitus in obsidione dimisit, cum reliqua contra Muzam animose processit, initoque certamine, Muzam cum suo exercitu superavit, interemptis plus quam decem millibus de numero militari, exceptis pleibus interfectis, quæ hunc numerum exce-
debant. Muza vero trino vulnere sauciatus, vix semivivus evasit, et totius exercitus apparatum et mu-
nera quæ à Carolo suscepserat glo-
riosus, devictus amisit, quæ Rex Ordonius et suus exercitus habue-
runt. Et sic victor inclitus ad eos quos in obsidione dimiserat, est reversus, et septima die postquam rediit, irruptione munitionem ac-
cepit, omnibus qui inerant interfectis, et civitate usque ad funda-
menta subversa, ad propria rediit cum triumpho. Lopus autem fi-
lius Muzæ, qui principatui præ-
erat Toletano, auditis quæ circa patrem suum acciderant, cum omnibus quæ habebat, Regi Or-
donio se subiecit, et dum vixit, subditus ei fuit, et contra Arabes pro Rege Ordonio cui se dederat, plurima bella gessit. Rex autem Ordonius Cauriam cum Rege suo Zeyt, et Salmanticam cum Rege suo Muzarez potenter invasit, et pluribus interfectis, reliquum vul-
gus cùm uxoribus et filiis fecit vendi. Eisdem temporibus Nor-
mani piratae ad Hispaniæ litora per-
venerunt, et loca maritima depræ-

dantes, homines gladio, terras incendio consumperunt. Exinde in transmarinam Mauritaniam trans-
fretantes, ^(y) Nacorum civitatem ^{(y) Al. Nacox.} eius provinciæ invaserunt, magna Sarracenorum multitudine inter-
fecta. Deinde Maioricam, Mino-
ricam, ^(z) Evizam, Frumentariam, ^{(z) Al. Ebusam.} Baleares insulas vastaverunt. Dein-
de advecti Græciam, patratis in-
cursionibus, eodem navigio ad pro-
pria redierunt. Rex autem Ordo-
nius supradictus, expleto anno de-
cimo, quidam dicunt decimo sex-
to regni sui, morbo podagrico ^(a) in-
terceptus, Oveti defunctus, in Ec-
clesia Sanctæ Mariæ cum prioribus
Regibus tumulatur.

*De Aldefonso Magno, et eius
præliis gloriosis.*

CAP. XV.

Post mortem Ordonii regnavit Aldefonsus filius eius, qui quatuor-
decim annorum erat cum regnare cœpisset, Æra DCCCLXXV, et ^{Aera 875.} regnavit annis XLVI. Hic in mor-
te patris à palatio absens erat, sed audita morte patris, festinus venit Ovetum, ibique ab omnibus gra-
tanter susceptus, regni fastigium est adeptus. Cumque regni nego-
tia laudabiliter inchoaret, Froila Veremundi ex partibus Gallæciæ cum magno exercitu veniens, re-
gnum præsumere attentavit. ^(b) Sed tamen ex improviso Rex Aldefon-
sus Alavæ se recepit, ut collecto maiori exercitu, Froilæ ^(c) Veremundi obviaret. Inter hæc autem, dum prædictus Froila plus tyrannice, quam regaliter se haberet, Oveti interficitur à senatu. Cuius mors

^(b) Compl. et
Al. et quia.

^(c) Compl. et
Al. tyrannidi.

quanto iūstior, tanto grātior approbatur. Quod audiens Aldefonsus, ab Alava ad Asturias properavit, et statim utilitati inhians, Sublantiam et Geiam populavit, muris et turribus communivit. Eilo autem Alavensium Comes corda suorum contra Regem indebitē incitavit, existimans rebellare; sed dum Rex, collecta manu, factio resistere properaret Alavensium, adventu Regis territi, manus dede runt, pollicentes se de cetero subditos et fideles. Sicque Alava suo imperio subiugata, Eilonem Comitem ferro vinctum misit Ovetum. Eisdem diebus Legionem exercitus Arabum attentavit cum duobus ducibus Imundar et Alchana, quorum adventum audiens Aldefonsus, cæde et gladio effugavit. Post hæc volens, omissis aliis, stragi Arabum insudare, et fidei terminos dilatare, Gallos et Navarros amicitia sibi iunxit, et ex Francorum regali genere uxorem duxit nomine Amelinam, quæ postea (d) Ximena, mutato nomine, fuit dicta, ex qua suscepit quatuor filios: Garsiam, Ordonium, Froilam, et Gundisalvum qui fuit Archidionus Ecclesiæ Ovetensis. Hic Aldefonsus vir bellorum, pietatis, religionis, et iustitiae fuit amator. Hic volens bellis Domini tempora dedicare, assumptis Gallis Gothiæ et populis Vasconum et Navarrum, terras quas Arabes detinebant, fame, flamma, cædibus, et incursionibus coarctavit: Lentiam, turribus igne consumptis, obtinuit, habitatoribus interfectis. Inter cetera autem pietatis et religionis opera thesauros quos pater suus sibi reliquerat, Ecclesiis et paupe-

ribus erogavit, Ecclesiam Sancti Iacobi quæ erat terrea, quadris lapidibus et columnis marmoreis reparavit, et Ecclesias multas et palatia intra dioecesim Ovetensem, et per omnia loca regni sui, oppida, munitiones et castra. Factum est autem, ut Arabum maxima multitudo ex regno Toleti ad regni sui exterminium adveniret, sed Aldefonsi Regis occursu confusi, et caruere optatis, (e) et quæ attulerant, perdiderunt, et maxima multitudine bello perempta, etiam (f) qui fugæ se dederant, perierunt. Peracta victoria in ripa Dorii, Rex rediit cum gloria et honore, et in his bellis Bernardo fortissimo milite sibi strenue assistente. Verum quia pater eius, licet orbus et decrepitus, adhuc in vinculis tenebatur, Bernardus extruxit castrum quod Carpium appellavit, in territorio Salmanticensi, indeque fœderatus Arabibus, cœpit regni confinia infestare. Unde et Arabes, assumpta maxima multitudine, Legionem et Asturicam et adiacentia loca vastare cœperunt. Sed Rex Aldefonsus absolutione patris Bernardum concilians, contra Arabes exercitum instauravit. Arabes vero præ multitudine nil verentes, in duas partes exercitum diviserunt: unam partem Pulverariam (g) miscerunt, cum alia Regis exercitui occurrerunt. Sed Bernardus cum parte exercitus eam medietatem quæ contra Regis exercitum mittebatur, in Vallemori prævenit, et eos cæde mirabili devastavit. Rex vero eis, qui (h) Pulverariam iverant, occurrendo, iuxta Urbicum ut potens prostravit, (i) ut victor occidit, ut prævalens exterminavit, et præter (e) Al. et confusi facti sunt, et. (f) Tol. et Al. quæ. (g) Compl. de- stinantes. (h) Tol. Pulve ranam. (i) Tol. non habet ut.

ter eos qui fugæ periculo perierunt, in campo cæsi usque ad duodecim millia remanserunt, ita quod de utroque exercitu nulli alii evaserunt, præter decem qui obtecti sanguine remanserunt.

*Item de præliis, et piis operibus
Aldefonsi.*

CAP. XVI.

Post hæc iterum exercitus Aram congregatus, obsedit Zamoram, quod Rex audiens improvitus, cum iis quos ad manum habuit, ingressus est civitatem, mandans omnibus suæ gentis, ut insuccursum eius quantocius proprarent: et Bernardo sollicite instigante exercitus adunatus, Arabes exterminio conquassavit, Alchaman eorum propheta gladio interfecto. Quibus cædibus coacti Arabes, ad tempus cum Regi pacis foedera firmaverunt. In diebus huius Aldefonsi dicunt quidam fuisse bellum Roscidæ vallis, et non cum Carolo Magno, sed cum Carolo agnominato Martello cum quo asserunt accidisse. Sed cum tres Caroli fuerunt successive, scilicet Carolus Magnus, Carolus Calvus, Carolus Martellus, ex causa superius assignata, et quia in libris authenticis invenitur, et quia publica fama Francorum et Hispanorum communiter hoc proclamat, tempore Magni Caroli dicimus accidisse. Si quis autem melius dixerit, correctionem in hoc corpusculo non recuso. Per idem tempus Froila frater Regis cum aliis quatuor fratribus (ut fertur) mortem Regis procurans, factione detecta,

in Bardulia se recepit; sed Rex frater eum insequens, comprehendit, et omnes fratres suos Veremundum, Nuniū, Odoarium, et Froilam privavit oculis ex hac causa. Veremundus autem clanculo fugit Asturicam, et per septem annos gessit tyrannidem, cum quibus etiam acto exercitu, Graliare obsegit, sed ab Aldefonso Rege prostrato exercitu, Veremundus orbus ad Arabes fuga celeri convolavit. Tunc Rex in Ventosam et Asturicam, eo quod Veremundum receperunt, vindicavit. Coimbriam etiam à Sarracenis obsessam, soluta obsidione, suo imperio conservavit. Tunc etiam urbes ⁽ⁱ⁾ Portugallia, Viseum, Flavium cœperunt habitari ab incolis Christianis. Etiam usque ad fluvium Tagum in partibus Portugalliæ aliqua populavit. Quidam dux et Proconsul Arabum, nomine Abohali, bello comprehensus, Regi est præsentatus, qui, datis pro se centum millibus aureorum, permisus liber abiit et securus. Idem etiam Rex Septemmancas, Dominas, et alias villas in campis Gothicis populavit. Post hæc Rex partes Tolleti devastans, et aliquas munitiones evertens, habitatoribus trucidatis, accepta à Sarracenis pecunia, eis per triennium pacem dedit. Sicque reversus ad propria, Addanium quemdam de familia palatina in mortem Regis comperit machinatum, quem fecit illico lanari. Ecclesiæ quoque beati Jacobi, et Sanctorum Facundi et Primitivi magnifice fabricavit, quas postea Arabes destruxerunt: castrum Gozon in maritima Asturiarum ob tuitionem patriæ obfirmavit,

JA 19. JOT (8)
JA 19. JOT (9)
JA 19. JOT (10)
JA 19. JOT (11)
JA 19. JOT (12)

⁽ⁱ⁾ Al. Portugalia. Compl. legit Portugalensem, Visensem, Flavensem cœperunt.

vit, civitatem Zamoram nobiliter populavit, quæ ex eo nomen dicitur accepisse. Cum Rex ipse locum ascenderet ad videndum, satelles quidam qui inter ceteros Regem cum spiculo præcedebat, vaccam nigram dicitur invenisse, quam

(k) Tol. et Al.
rusticam.

(l) Al. mora.
Comp. ubique
legit Zemora.

volens (k) rusticani applausus vocabulo delinire, fertur dixisse (l) Zemora; vaccas enim eius coloris Hispani armentarii moras vocant. Unde et Rex Zemoram nomen indidit civitati. Et cum Rex tantis prosperis lætaretur, duos presbyteros Severum et Desiderium ad Ioannem Papam cum suis litteris destinavit, qui reversi cum (m) Reinaldo eiusdem Papæ gerulo epistolam huiusmodi detulerunt.

(m) Compl.
Rainaldo.

Epistola Ioannis Papæ ad Aldefonsum Regem.

CAP. XVII.

Ioannes Episcopus servus servorum Dei, Aldefonso Regi christianissimo, seu cunctis venerabilibus Episcopis, Abbatibus, vel orthodoxis Christianis. Quia igitur in cura nos totius christianitatis beati Petri Apostolorum Principis semipeterna providentia successores, ea Domini nostri Iesu Christi constringimur adhortatione, qua beatum Petrum Apostolum monuit, dicens quadam

Matth. 16. 18. "voce: *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et tibi dabo claves regni cœlorum, et reliqua.*" Huic rursus, imminentे Domini nostri articulo gloriosæ passionis, inquit:

Luc. 22. 32. "Ego pro te rogavi, ut non deficiat fides tua, et tu aliquando

(n) Tol. et Al.
Hinc.

"conversus confirma fratres tuos.

"Ideoque quia vestræ notitiæ fama per hos fratres limina Apostolorum lustrantes per Severum net Desiderium presbyteros nobis "miro odore bonitatis est revelata, paterna vos adhortatione com-

"moneo, in coeptis bonis operibus "gratia duce perseverare, quatenus copiosa vos beati Petri protectoris vestri et nostra prote-

(o) Al. colligimus.

"gat benedictio, et quotiescumque, "filii carissimi, ad nos venire quilibet vestrum, aut transmittere "voluerit, tota cordis exultatione "et animi gaudio de ultimis Gal- "læciæ finibus cui vos præter me

(p) Tol. et Al.
quibus.

"Dominus rectores constituit, tamquam iure filios nostros vos (o) col-

"ligemus, et Ecclesiæ Ovetensis

"quam vestro consensu et assidua petitione metropolitanam consti-

"tuimus, omnes vos subditos esse

"mandamus, et concedimus etiam

"prædictæ sedi, ut ea quæ Reges,

"seu (p) quilibet fideles iuste obtu-

"lerunt, vel in futurum Domino

"opitulante contulerint, ratum,

"firmum, et inconcussum manere

"in perpetuum præcipimus. Hos

"quoque latores litterarum nostra-

"rum omnes hortor ut habeatis

"commendatos. (q) Bene valete."

Item alia epistola ab eodem Papa Romano directa per Arnaldum ge-

rulum mense Iulio.

(q) Tol. Bene
valentes.

Alia epistola.

Ioannes Episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Aldefonso gloriose Regi Gallæciarum. Litteras devotionis vestræ suscipientes, quia devotum vos esse

(r) Al. nostram
Ecclesiam. Tol.
vestram sanctam
Ecclesiam.

"cognovimus erga (r) nostram san-

"ctam

»ctam Ecclesiam , gratias vobis
»multiplices referimus , Dominum
»exorantes , ut ^(s) vigor regni vestri
»abundet de inimicis vestris , vi-

^(s) Al. *vigor.*
Tol. *victor.*

(t) Tol. et Al.
vos filii carissi-
mi.

»ctoriam vobis concedat . Nam
»^(t) nos , fili carissime , sicut peti-
»stis , sedulas preces Domino fun-
»ndimus , ut regnum vestrum gu-
»bernet , vos ^(u) salvos faciat , cu-

(u) Al. *salvum.*

(x) Tol. et Al.
non habent eri-
gat.

(y) Deest Apo-
stoli in MS. Tol.

»stodiat , et protegat , et super ini-
»micos vestros ^(x) erigat . Ecclesiam
»autem beati Iacobi ^(y) Apostoli ab
»Hispanis Episcopis consecrari fa-
»cire , et cum eis Concilium cele-
»brate . Et nos quidem , gloriose
»Rex , sicuti vos , à Paganis iam
»constringimur , et die ac nocte
»cum illis bella committimus , sed

(z) Al. *donat.*

»omnipotens Deus ^(z) dat nobis de
»illis triumphum . Huius rei gratia
»rogamus dilectionem yestram , et
»animum deprecamur , ut quia (ut
»diximus) valde à Paganis oppri-
»mimur , aliquantos utiles et opti-
»mos Mauriscos cum armis (quos
»Hispani cavallos Alpharaces vo-
»cant) ad nos dirigere non omit-
»tatis . Qualiter nos recipientes , Do-

(a) Tol. et Al.
portionem.

»minum collaudemus , vobis gra-
»tias referamus , et per eorum

(b) Al. *valete.*

»^(a) portitorem de benedictionibus
»Sancti Petri vos remuneremus .

»Bene ^(b) vale dilectissime fili , et

»clarissime Rex .

gnates , et Pontifices qui Eccle-
»siam beati Iacobi dedicarent . Et
»celebrata dedicatione , omnes cum
»gaudio ad propria redierunt , et
»fuerunt ibi in dedicatione multi
»Episcopi : Vincentius Legionensis ,
»Gomellus Astoricensis , Herme-
»gildus Ovetensis , Didacus Tudens-
»sis , Egila Auriensis , ^(c) Sisnandus
»Iriensis , Recaredus Lucensis ,
»Theodosinus Britoniensis . Ho-
»rum civitates iam per Dei gra-
»tiam à Christianis possidebantur .
Fuerunt ibi alii Episcopi , quorum
civitates aliquæ desertæ , aliquæ ab
Arabibus tenebantur : Ioannes Au-
»censis , Dulcidius ^(e) Salmanticensis
»Iacobus Cauriensis , Faustus
»Coimbriensis , Ardimirus La-
»mecensis , Theodemirus Visensis ,
»Guimagus Portugallensis , Ar-
»gimirus Bracarensis , Heleca Cæ-
»saraugustanus . Horum urbes etsi
aliquando Asturiarum Reges obti-
nuerunt , propter impotentiam re-
tinendi ab Arabibus occupatæ , aut
retentæ , aut ^(b) disruptæ remanese-
runt usque ad tempora Aldefonsi
qui cepit Toletum . Et earum Epi-
scopi ad Asturias fugientes , tam
in civitate , quam in diœcesi Ove-
»tensi , partitis sibi territoriis , ut po-
terant , vicitabant . Unde in aliqui-
bus libris antiquis Ovetum dicitur
civitas Episcoporum . Transactis
autem undecim mensibus , prædi-
ctus Rex una cum uxore et filiis ,
Episcopis , Comitibus , et magnati-
bus , auctoritate domini Papæ Ioan-
nis , Ovetum ad celebrandum Con-
cilium convenerunt , in quo cum
universali ⁽ⁱ⁾ convenientia civitas
Ovetensis dignitate metropolitica
insignitur , et Hermegildus in Ar-
chiepiscopum sublimatur , quia Hi-

^(c) Compl. *Sis-
nalus.*

^(d) Al. *Theo-
dosindus.* Com-
pl. *Theodesindus.*

^(e) Compl. *Sal-
manticensis* hic
et alibi.

^(f) Compl. *Co-
nimbriensis* hic
et alibi.

^(g) Compl. et
Al. *Gumagus.*

^(b) Compl. di-
ructæ.

⁽ⁱ⁾ Compl. con-
venientia.

*De sublimatione Ovetensis urbis
in metropolim , et dedicatione Ec-
clesiae Sancti Iacobi , et de Con-
cilio Ovetensi .*

CAP. XVIII.

Rex itaque , visis epistolis , gaudio
est gavisus , et constituit diem in
qua convenienter nobiles , et ma-

spa-

spania, captivatis quinque sedibus metropoliticis, silebat officio metropolitico destituta. Incursantium enim hostilitate fugati, intra Asturiarum angustias Prælati qui gladium effugerant, confugerunt, et ut tanta angustia tolerabat, antiqua Toletani Concilii instituta sollicite contuentes, Ovetensem Ecclesiam et ceteras quibus iam ut metropolis præeminebat, ordinabant iuxta canonum sanctiones. Multisque secundum Deum utiliter ordinatis, soluto Concilio, ad propria redierunt.

De incarceratione Garsiæ filii Regis, et morte Aldefonsi.

CAP. XIX.

Post hæc veniens Zemoram, Garsiam filium suum comprehendit, et apud ^(j) Gazonem ferreis vinculis mancipavit, quia suspectum habebat, eo quod socer eius Munio ^(k) Fernandi tyrannidem actitans, contra Regem rebellare parabat. Ex quo facto alii filii indignati, coniuratione facta, patrem suum regni regimine privare parabant. Huius autem dissensionis causa fuit Regina Semena, quæ dicta fuerat Amelina, quæ satis inhumana studebat nova gravamina et servitutis onera invenire, nihilominus discidia et schismata procurare. Hæc Regem Aldefonsum non habens carum, ut affectus expetit maritalis, excogitavit virum regno privare, et filium suum Garsiam quem pater vinculaverat, subrogare: ^(l) Albam, Gordonem, Arbolium, atque Lunam ^(m) commovit, ut filius eius in his rebellans,

(j) Compl. et Al. Gozonem.

(k) Compl. Fre-
denandi hic et
deinceps sæpe.

(l) Compl. et Al. Unde et mu-
nivit castra in
confinio Legio-
nis, videlicet
Albam.

(m) In Compl.
deest commovit.

auxiliante socero Muniione, captio- nis iniurias vindicaret, coniuratio ne fratum eum ad talia incitante. Rex autem tam filii, quam suorum persecutionibus coarctatus, in villa quæ Boides dicitur in Asturiis, regni regimine se privavit, et filium suum Garsiam, licet invitus, regni constituit successorem, præsentibus filiis et potioribus regni sui. Post hæc orationis causa beati Iacobi limina visitavit, et rediens, à filio suo Rege Garsia quem ⁽ⁿ⁾ exaltavit, qui ^(o) iam tunc fratribus præeminebat, ^(p) petiit, ut semel impeteret Sarracenos, et obtento à filio quod petebat, movit exercitum contra Mauros, et eorum terris stragibus et incendiis devastatis, et factus inclitus spoliis et captivis, victor civitati restituitur Zemorensi, et sicut principium sic finem regni victoriis adornavit. Ibique proprio morbo coactus, felicem spiritum creatori restituens; vitæ cursum feliciter consumma vit, et sepultus Astoricæ, post translatus Ovetum, in Ecclesia Sanctæ Mariæ cum uxore sua Semena Regina finalē obtinuit sepulturam, cum regnasset annis XLVI.

De præliis Garsiæ et morte eius.

CAP. XX.

Aldefonso defuncto, Garsias filius eius successit in regno Æra DCCCCXXI: regnavit annis III. ^{Æra 921.} Garsias igitur in initio regni sui terras Arabum est aggressus, et duris incursionibus peragratas, ever sis plerisque munitionibus, campestria flamma vorace consumpsit, et

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

(n) Al. exalta-
verat.

(o) Tol. et
Compl. impe-
travit, quia iam.

(p) In Compl.
deest petiit.

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

IA 10. lot (1)
-tive modi non
-erit. 100 102

et habitō prōelio cum Aiola Rege Arabum, plurima strage contritum vicit, et captivavit. Prædaque rerum, gregum, et captivorum maxima subsequentē, venit ad locum qui Tremulus nuncupatur, ibique custodum incuria Aiolas curiosus abscessit, et ad suos rediit fugitivus. Garsias autem, trium annorum expletis circulis, Zemoræ propria morte decessit, Ovetumque delatus, in monumētis regalibus est sepultus.

*De Rege Ordonio, et bellis eius,
et de translatione Ecclesiae
Legionensis.*

CAP. XXI.

Post Garsiam Ordonius frater eius regni gubernacula legitur suscepisse Æra DCCCC^(q)XXIII, et regnabit annis octo, mensibus XXXIV.^(r) Hunc Ordonium Rex Alfonsus Gallæciæ præficerat, adhuc regnans. Hic autem Ordonius paterna facta felici æmulatione capessens, ^(s) prudens et sollers, iustus et pius, et in necessitatibus pauperum consolator, regnum provide gubernabat. Cum enim vivente patre principatum teneret, collecto exercitu, aliquantas Bæticæ provinciæ civitates irrumpens, loca campestria devastavit, plurimis habitatoribus interfectis. In initio autem regni Rex Ordonius, collecto exercitu, Talayeram oppidum animosus obsedit, venientesque Arabes ut obsessis fierent in succursum, et ipsi pugna prostrati, et obsessi frustrati, utrique gladio perierunt, et direpto oppido, quæ ibi erant, Regis Ordonii prædæ-

cesserunt, et Principem exercitus Cordubensis captum adduxit, qui, multis prædis et captivorum cætervis eius gloriam subsequentibus, in regnum suum revertitur gloriose. Post hæc autem, tantis vastationibus arctati Arabes, ad Regem Cordubæ Abderramen et Almotaraph Regem Tingitanæ miserunt auxilia postulantes; qui legationi lugubri annuentes, interminatione poenali exercitus coegerunt, et ^(t) Avolapaz Alcaidus ^{(t) Al. Avela-paz Alca adus.} Cordubensis cum magno exercitu Arabum et cum alio Rege Tingitanæ, Almotaraph nomine, ad castrum quod Sanctus Stephanus dicitur, in ripa Dorii pervenerunt. Quod Rex Ordonius cum audisset, convocato magno Christianorum agmine, festinus occurrit, et triumphali prōelio prostratos delavit, et Rege Ulit, et Almohabat duce magno, et aliis ducibus interfectis, ceteros aut cæde, aut captivitate possedit, et cum triumphali gloria ad propria est reversus. Sed à bellorum magnalibus impatiens abstinere, contra Emeritam exercitum congregavit, et totam Lusitaniam fere devastans, castrum Colubri quod ^(u) Turne Alariz dicitur, occupavit, et acta præda auri, et argenti, et serici, et hominum, triumphaliter ^(x) remeavit. Sed illius provinciæ incolæ occurrentes, oblatis muneribus, pacem humiliter postulabant; qua ad tempus indulta ad propria est reversus: et veniens Legionem, protantis victoriis omnipotenti Deo gratias referens, cōvocatis Episcopis et magnatibus, maiorem Ecclesiam Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, quæ minus tute si-

sistebat, intra urbem decrevit provide transferendam, et in palatio regio quod olim balneum fuerat Paganorum, Episcopalem cathedram collocavit, conveniente Fru minio Legionensi Episcopo cum aliis Episcopis qui tunc temporis ibi erant. Et cum tres essent in palatio mansiones, in prima domo altare maius in honorem Sanctæ Mariæ semper Virginis erexerunt: in secunda domo, Sancti Salvatoris et Apostolorum omnium construxerunt: in tertia domo, Sancti Ioannis Baptistæ et omnium Martyrum et Confessorum. Quibus omnibus dedicatis, prædicta altaria ornamentis aureis et argenteis liberaliter decoravit, et ad dotem Ecclesiæ possessiones varias cumulavit, et in eadem Ecclesia communi favore principum et magnatum à duodecim Pontificibus fuit diadematè insignitus.

Item de præliis Ordonii, et uxoribus eius, et captione magnatum, et morte Regis.

CAP. XXII.

His peractis, Rex Cordubensis dolens tantum interitum suæ gentis, invasit terminos regni sui, et ad ^(y) Roindoniam usque pervenit. Cui ^(z) occurrit Rex Ordonius, consertoque prælio, multi ex parte Regis Ordonii, et ex Arabibus corruerunt, et cum per totam diem fortiter dimicassent, neuter victor, neuter vixus fuit, sed utrius redierunt ad propria cum iactura. Post hæc venit Abderramen cum magna multitudine suorum et Africæ quos conduxerat,

terramque ingressus est Navarro rum usque ad locum qui Muez adhuc hodie nuncupatur. Quos Rex Garsias, filius Regis Sancii, ne quiens tolerare, Regi Ordonio nunciavit, qui confestim occurrrens, cum ingenti auxilio properavit. Cumque in valle Iuncaria sibi ad invicem exercitus obviasset, sicut Dominus voluit sustinere, multi de christiano exercitu corruerunt. Etiam duo Episcopi Dulcidius Salmanticensis, et ^(a) Hermigius Tundensis fuerunt ibi ab Arabibus comprehensi, et pro isto Hermigio fuit sobrinus eius Sanctus Pelagius datus obses, qui postea fuit Martyr. Similiter et Dulcidius fuit, dato obside, liberatus. Iis autem Rex Ordonius provocatus, ex suis agmina ^(b) congregavit, et ingressus terram Arabum quæ Sintilia dicitur, strages et plurimas cædes egit: castra et oppida plurima in ore gladii occupavit: Sarmalion, Heliph, Palmatium, et Castellionem, et Magnantiam, et multa alia castra diripuit, et destruxit. ^(c) Exinde Zemoram rediens cum triumpho, uxorem suam ^(d) Muninam ^(e) Domnam, quæ et Geloira alio nomine vocabatur, invenit defunctam, ex qua suscepérat duos filios, Aldefonsum videlicet, et Ranimirum, plus de morte coniugis contristatus, quam de victoria iucundatus. Aliam quoque duxit uxorem ex partibus Gallæciae, nomine Aragon tum, quam postea suspectam reliquit, pro quo condigne postea satisfecit. His transactis, misit pro Comitibus quiq; Castellam regere videbantur, ad locum qui Tegulare dicitur, in ripa fluminis Carrionis, quasi cum eis colloquium ha-

^(a) Compl. Her
migius hic et
infra.

^(b) Compl. plu
rima congrega
vit.

^(c) Al. et inde.
^(d) Al. Moni
nam. Al. Nun
ninam.
^(e) Al. Dapnam.

^(y) Al. Mindo
niam. Al. Ron
doniam.
^(z) Compl. oc
currens Rex Or
donius, conserto
prælio.

habiturus : et venerunt ad eum Nunius^(f) Fernandi , et Almondar Albus , et filius eius Didacus , et Fernandus Ansuri filius , et nullo conscientio , exceptis consiliariis , cepit eos , et vinctos catenis Legionem adduxit , et carceri mancipatos , post aliquantum ^(g) tempus iussit occidi , et posuit maculam in gloria sua , et cruento balteum gloriae offuscavit. Et foederatus Garsiæ ^(h) Enechonis Aristæ,

LIBER QUINTUS.

De Froila et iudicibus.

CAP. I.

Ara 932. Post mortem Ordonii , Froila frater eius successit in regno Æra DCCCCXXXII , et regnavit anno uno , mensibus duobus , et duxit uxorem nomine ⁽ⁱ⁾ Munina Domna , ex qua suscepit tres filios , Aldefonsum , Ordonium , et Ranimirum , et quartum de concubina nomine Acenare. Hic nihil egit memoria dignum , nisi quod filios Olmundi nobilis sine culpa aliqua fecit occidi , et ^(k) Fronimium , fratrem eorum , Legionensem Episcopum exilio condemnavit ; et quia viri impii non dimidiant dies suos , percussus lepra , unius anni et duorum mensium expleto circulo , vitam finivit , et iuxta fratrem suum Ordonium Legione inglorius sepelitur. Episcopus Fronimius statim fuit sedi propriæ restitutus. Eisdem diebus nobiles Barduliæ quæ nunc Castella dicitur , attendentes nobiles suos

Principi Navarrorum , filiam eius nomine Sanciam duxit uxorem. Post quod etiam cepit Anagarum quod olim ^(l) Ticum vocabatur , et Vicariam quæ ex eo nomen dicitur habuisse , quod Gothorum tempore sedes iudicii habebatur. Reversus autem ad propria , cum egrederetur Zemoram , in infirmitate percussus vitam finivit , sepultus Legione in Ecclesia Cathedrali.

⁽ⁱ⁾ Al. Tricium.

Nunium Fernandi , Almondar Albus , et filium eius Didacum vocatos ad colloquium ex factione à Rege Ordonio interfectos , ^(l) tyrannum etiam Froilam , et multa alia quæ , eis euntibus ad iudicium , à Regibus et magnatibus Legione iniuriouse fiebant ; videntes etiam quod termini gentis suæ ex omnibus partibus arctabantur , et pro iudicio contemptus et contumelias reportabant , sibi et posteris providerunt , et duos milites non de potentioribus , sed de prudentioribus elegerunt , quos et iudices statuerunt , ut dissensiones patriæ et querelantium causæ eorum iudicio sopirentur. Unus fuit Nunius Nunii , dictus ^(m) Rasura , filius Nunii Bellidez : alter dicebatur Flavinus Calvus ; iste tamen aut nil , aut parum de iudiciis cogitabat , sed armis et militiæ insistebat : erat enim facile iracundus ,

^(l) Al. tyrannidem etiam Froile. Compl. tyrannidem et Froile.

^(m) Al. hic et infra Rosoria. Compl. Rasoria.

^(f) Al. Fernandus , et Almodar Albus , et Didacus filius eius , et Ferdinandus Assuriae filius , et nullo.

^(g) Compl. temporis.

^(h) Al. Enochonis.

⁽ⁱ⁾ Tol. Monina Domna : Compl. hic et infra.

^(k) Compl. et Al. Froninium.

dus, nec causarum varia pacifice sustinebat; quod non competit iudicanti. Ex huius genere processerunt multi et ⁽ⁿ⁾ alii magni nobiles de Castella. Flavinus Calvus habuit duos filios, Fernandum Flavinum, et Veremundum Flavini. Fernandus genuit Flavinum Fernandi. Flavinus genuit Nunium Flavini. Nunius duxit uxorem nomine Egilonem, ex qua suscepit filium Flavinum Nunii. Flavinus Nunii genuit Didacum Flavini. Didacus Flavini duxit uxorem filiam Roderici Alvari de Asturiis, viri nobilis et magnatis, et ex ea genuit Rodericum Didaci, qui dictus fuit Campiator. Alter filius Flavini Calvi dictus fuit Veremundus Flavini. Veremundus genuit Rodericum Veremundi. Rodericus genuit Fernandum Roderici. Fernandus genuit Petrum Fernandi, non illum qui dictus fuit Castellanus.

De Nuncio Rasura et filiis eius.

CAP. II.

^(o) Compl. *Nunii cognomento Rasoria.*

^(p) Al. filium *Gundisalvum.*

Nunius autem ^(o) cognomento Rasura, fuit vir patiens et modestus, sollers et prudens, industrius, circumspectus, et sic ab omnibus amabatur, ut vix esset cui eius iudicia displicerent, aut eius sententias causaretur, quas tamen rarissime proferebat, quia in compositione amicabili fere omnia terminabat; et sic carus ab omnibus habebatur, ut locus aliquis detractioni, vel invidiae non pateret. Hic habuit ^(p) filium nomine Gundisalvum Nunii, qui cum esset adolescentis, bona indole coætaneis præemine-

bat, et futurorum indiciis omnibus complacebat. Nunius vero pater eius fere ab omnibus Castellæ militibus domicellos filios petiit nutriendos, quos curialitate, affabilitate, et bonis moribus sic instruxit, ut patres adolescentium de profectu filiorum profiterentur se tali nutrictio obligatos; et ipsi adolescentes sic erant Gundisalvo Nunii dilectione coniuncti, ut eum quasi dominum sociarent, nec possent ab eius consortio vel ad modicum separari. Cumque crevisset factus miles, militiam strenuus exercebat, et pacis dulcedinem in patria ^(q) retinebat, ita quod patre suo mortuo, patri fuit favore omnium substitutus, et etiam principatum militiae, conniventibus iis qui secum nutriti fuerant, addiderunt; et duxit uxorem nobilissimam, Semenam nomine, filiam Nunii ^(r) Fernandi, ex qua suscepit filium nomine Ferdinandum. Hic fuit omnibus patre carior, in sermone verax, in iudicio iustus, in militia gloriosus; multa enim strenue contra Arabes peragendo, fines patriæ ampliavit. Hic habuit filium qui dictus est Ferdinandi Gundisalvi. Hunc Deus supra patrem et avum tot gratiis exaltavit, ut ipso non attendente, tam à magnatibus et militibus, quam ab universis populis Castellanis in Comitem crearetur, et omnes se suæ subiicerent ditioni. Qui factus Comes, totam Castellam sic pacifico dominio confovebat, ut omnes Deo gratias agerent, qui per tallem Comitem à populo suo relevaverat sarcinam servitutis. Hic contra Arabes plurima bella gesit, quoniam et Sanctum Stephanum

^(q) Compl. et
Al. nutriebat.

^(r) Al. Fred-
nandi.

num et alia plurima loca christiana restituit ditioni. Ex quo iste suscepit suæ patriæ Comitatum, cessaverunt Reges Asturiarum in solescere in Castellam, et à flumine Pisorica nihil amplius vindicarunt: strenuitate enim sua eorum insultibus resistebat, nec propter eos à bellis Arabum desistebat. Monasterium Sancti Petri in

(s) Al. Asianæ.

ripa (s) Aslantiæ fluminis ædificavit, et multis possessionibus illud dotavit. Morte propria defunctus, in eodem monasterio est sepultus: cui successit filius eius Garsias Ferdinandi, homo catholicus, qui bella plurima contra Reges Asturiarum conantes Castellæ finibus præeminere, gloriose peregit, et castra plurima in ripa Dorii munifice reparavit, et usque ad fluvium Carrionem iurisdictionis suæ terminos dilatavit. Hic construxit monasterium in honorem (t) Sancti Cosmæ et Damiani iuxta ripam

(t) Compl. Sanctorum Cosmæ et Damiani.

(u) Al. Dorii fluminis Asianæ.

(u) Dorii fluminis Aslantiæ, in villa quæ Caveæ rubeæ nuncupatur, et amplissimis possessionibus dilatavit, et loca quæ dedit, statuit Infantaticum appellari eo intuitu, quod si aliqua de genere suo non posset, aut nollet mariti comparis solatia adipisci, de bonis monasterii provideretur eidem largiter et decenter, demptis dumtaxat necessariis clericorum qui inibi Deo et Sanctis Martyribus deservirent. Obiit autem morte propria, et in monasterio Sancti Petri de (x) Cardonia tumulatur.

(x) Compl. Cardenia.

De Comite Sancio, et morte eius.

CAP. III.

Huic successit filius eius Comes

Sancius Fernandi, vir virtutum, amator patriæ, et in subditos totus pius. Hic obtinuit Pennam fidelem, et Septempublicam, et

(y) Madolium, et Montelionem, et Varinatium, (z) Oaromam, et Sanctum Stephanum, quæ in captione patris perdiderant Christiani, et multa intulit Agarenis (a) bella.

(y) Al. Matrolium.
(z) Al. Oroxam.

Antiquos foros Septempublicæ iste dedit. Castellanis militibus qui et tributa solvere, et militare cum Principe tenebantur, contulit libertates, videlicet ut nec ad tributum aliquod teneantur, nec sine stipendiis militare cogantur. Hic habuit filium qui dictus fuit Infans Garsias, et Legione fuit proditorialiter interfectus: et habuit filiam nomine Geloiram, quam duxit in uxorem Sancius Maior, Rex Aragoniæ et Navarræ, de quo, si Deus dederit, postea prosequemur. Huius mater optans commercium cuiusdam Principis Sarraceni, proposuit filium interficere, ut sic cum munitionibus et oppidis optatis nuptiis potiretur. Cumque quodam sero letali poculo virus mortiferum miscuisse, filius revelatione (b) pedissequæ hoc præsensit, et matri, ut prius liberet, supplicavit. Quod ipsa renuens, demum coacta, quod male miscuerat, degustavit, et paricida mater hausit, et meruit mortem in poculo quod paravit. Et tandem Comes Sancius, contriti cordis poenitentia stimulatus, construxit monasterium (c) nobile quod

(b) Al. pedissequa.

Oniam nominavit, eo quod matrem viventem Mioniam more Hispanico appellabat. Demum post multas victorias strenue consummatas felicem spiritum suo restituit

(c) Compl. valde nobile.

tuit creatori, et in monasterio Onensi quod ipse construxerat, est sepultus. Nunc autem ad genus et acta Regum Asturum revertamur.

(d) Compl. Al-
defonsus hic et
infra.

(e) Tol. non
habet est.
Æra 933.

(f) Al. Duxit
uxorem Xeme-
nam.

(g) Tol. Cegae.

De (d) Alphonso et Ranimiro, et discordia fratrum.

CAP. IV.

Mortuo Froila, Aldefonsus filius Regis Ordonii adeptus ^(e) est sceptrum patris Æra DCCCCXXXIII, et regnavit annis quinque, mensibus septem, anno uno mensium numerato. ^(f) Nomen uxoris eius Semena, ex qua genuit Infantem Ordonium, qui dictus est Malus, et fuit iuxta Cordubam imperfectus. Hic Aldefonsus levitate potius, quam virtute, deliberavit apud se, ut ad viam confessionis et poenitentiae se transferret, et ideo religionis operibus devovit se, et aliquandiu huic proposito inhærendo, decrevit sibi substituere fratrem suum nomine Ranimirum. Cumque propositum fratri per nuncios intimasset, Ranimirus, auditu nuncio, cum magno exercitu venit Zemoram, et Aldefonso regni regimen resignante, Ranimirus substituitur fratri suo. Aldefonsus autem iam ex-Rex, ad locum qui Dominos sanctos vulgariter dicitur, super ripam ^(g) Ceiae fluminis properavit, habitumque monachalem assumens, viam perfectionis elegit.

De regno Ranimiri, et rebellione monachi Aldefonsi.

CAP. V.

Ranimirus autem successit in regno Æra DCCCCXXXIX, uno anno mensium numerato, et re-

gnavit annis ^(b) decem et no-

(b) Al. annis
decem, et novem
mensibus, die-
bus duobus. Et
cum esset.

vem, mensibus duobus. Et cum esset vir bellis deditus, movit exercitum contra Mauros, et dum exercitum congregabat, frater suus ea levitate, qua de Rege se monachum fecerat, à monasterio apostata resilivit, et Legionem veniens, cœpit inibi rebellare, et ad regnum iterum inhiare. Ranimirus cum hoc audivit, direxit congregatum exercitum contra eum, et duabus annis obsessum in ditionem recepit ad suæ beneplacitum voluntatis, et statim in carcerem mitti iussit. Et dum hæc fierent, Aldefonsus, et Ordonius, et Ranimirus filii Regis Froilæ supradicti, cum ⁽ⁱ⁾ Asturum conniven- tia in Asturiis rebellarunt, et ty- rannidem exercentes, Aldefonsum qui maior erat, honore regio præferebant. Astures enim indignati, eo quod in cessione Aldefonsi et substitutione Ranimiri non fuerant evocati, rebellionem huiusmodi factitabant. Unde et Astures in do- lo evocant Ranimirum, ut si fieri possit, in manus filiorum Froilæ deveniret. Quod præsentiens Ra- nimirus, armata manu Asturias est ingressus, et coactos præliis man- cipavit, secumque ducens cum fra- tre suo Aldefonso, quondam Re- ge, in eodem carcere coarctavit, et post aliquantulum temporis in- intervallum fratrem et sobrinos cru- deliter excæcavit. Tandem Ra- nimirus poenitentia ductus, prope Legionem in ripa Turii monaste- rium Sancti Iuliani construxit, et in eo fratrem et consobrinos pie, prout potuit, collocavit, ubi usque ad finem vitæ necessaria habue- runt. Mortuus autem Aldefonsus,

(i) Tol. et
Al. non habent
Asturum.

ibi-

ibidem sepultus est cum uxore sua
Regina Semena et consobrinis. Re-
gnavit autem Aldefonsus annis
quinque et mensibus septem, et
in quinto anno regni sui fuit or-
batus oculis, et postea duobus an-
nis et septem mensibus supervixit.

*De victoria Ranimiri, et Comitis
Fernandi Gundisalvi.*

CAP. VI.

Ranimirus autem regnum ingre-
diens Toletanum, obsedit oppidum

(i) Compl. Ma-
gnum.
(j) Maioritum, et muros disrum-
pens, sublatis rebus, incolas ca-
ptivavit, et reduce exercitu re-
meavit. Post hæc Arabes fines
Castellæ invadere decreverunt, et
Comes Fernandus Gundisalvi, qui
Castellæ tunc temporis præsidebat,
nunciavit adventum Arabum Ra-
nimiro, qui convocato exercitu,
properavit in auxilium Comitis Ca-
stellani. Cumque Legionensis et
Castellanus exercitus convenissent,
(k) In Compl.
et Al. deest op-
pidum. Al. legit
oppidum Gyo-
nium.
(l) Compl. se
posse.
(m) Tol. et Al.
præliis.

Arabibus apud (k) oppidum Oxo-
mam occurserunt, et collatis signis,
adinvicem dimicarunt, sed Dei
gratia adiuvante, Christianis victo-
ria, Arabibus cessit fuga, multa-
que millia captivorum christiano
exercitu provenerunt. Sicque Rex
Ranimirus ad sua feliciter est re-
versus.

*De proditione Abenaiæ, et victo-
ria Ranimiri.*

CAP. VII.

Post hæc iterum Ranimirus con-
tra Cæsaraugustam exercitum con-
gregavit. Abenaiæ autem qui inibi

Princeps erat, auditio quod Rani-
mirus et Ferdinandus Gundisalvi
Comes Castellæ adinvicem con-
cordarant, timuit in immensum.
Unde et seipsum cum terra Ra-
nimiri subdidit ditioni, mentitus
Abderramen Regi Cordubæ cui
erat subiectione simili obligatus.
Rex autem Ranimirus omnes mu-
nitiones regni Cæsaraugustæ quæ
Abenaiæ resistebant, cædibus et
irruptionibus coagit Abenaiæ obe-
dire. Post quæ Ranimiro ad sua
reverso, Abenaiæ proditionis non
immemor, fregit pacta, et recon-
ciliatus Principi Cordubensi, ratus
est (l) posse invadere terminos Ra-
nimiri, et agens exercitum, perve-
nit celeriter Septemmancas. Quod
audiens Ranimirus, assumpto exer-
citu, processit obvius contra eum,
et ibidem adinvicem utroque exer-
citu dimicante, cæsi Arabes, nec
fuga, nec strage, sed victoria ca-
ruerunt, et secunda feria, in festo
scilicet Sanctorum Iusti et Pisto-
ris, ex Arabibus usque ad octo-
ginta millia perierunt, et Abenaiæ
proditor fuit captus: ceteri qui
evaserant, ad oppidum quod Alfon-
dega dicitur, confugerunt. Rani-
mirus autem plus sanguine Ara-
bum, quam (m) prædis, vel spoliis
cupiens satiari, eos viriliter inse-
cutus, in castro Alfondega quo con-
fugerant, comprehendit. Abderra-
men autem cum paucis fugæ co-
mitibus vix abscessit. Tunc fuit
solis eclipsis per unam totam ho-
ram diei. Tunc Rex et sui cum
multis spoliis et multa turba pe-
dissequa captivorum revertitur glo-
riose, secum ducens Abenaiam
captivatum.

Item

Item de præliis Ranimiri.

CAP. VIII.

His peractis, exercitus Sarracenorū per ripam Turmii fluminis est ingressus sub Principe qui Aceiphā dicebatur, et faventibus sibi Fernando⁽ⁿ⁾ Gundisalvi, et Didaco^(o) Munonis magnatibus regni sui, cœpit populare Salmanticam, ^(p) Letesmiam, Ripas, Balnea, Alfondegam, Pennam, et alia multa castra. Tunc etiam Comes Rodericus populavit Amaiam, et prædas exercuit in Asturiis in partibus Sanctæ Julianæ. Post Rex Ranimirus, talibus coniurationibus provocatus, exiit obviam Sarracenis, et bellis et cædibus sæpe repulsi, à cœptis operibus destiterunt, et Fernandum Gundisalvi, non illum Comitem Castellæ, et Didacum Munonis fautores Arابum comprehendit, et alterum Legione, alterum Gordone in carcere vinculavit. Sed procedente tempore, quia^(q) captione eorum magnates alii murmurabant, recepto ab eis iuramento fidei observandæ, à carcere liberavit, et filio suo Ordonio^(r) dedit uxorem

Urracam filiam^(s) Fernandi Gundisalvi Comitis Castellani. Post hæc Rex Ranimirus qui ex Regina Tarasia, sorore Garsiæ Tremulosi Regis Navarræ, cognomine Florentina, generat Sancium et Geloiram,^(t) in honorem Sancti Salvatoris iuxta regale palatium monasterium fabricavit, et ibidem Geloiram filiam Deo dicavit. Decimo nono regni sui anno obsedit oppidum quod olim Aquis, nunc Talavera vocatur, in diœcesi To-

letanensi. Arabes autem ei succurrere festinantes, victi à prædicto Rege in prælio ceciderunt, et cæsis fere duodecim millibus, usque ad septem millia captivavit, et reversus ad sua se misericordiæ operibus dedicavit, et uxore sua Regina Tarasia operante, Sancti Andreæ, et Sancti Christophori super^(u) Ceiam, et Sanctæ Mariæ in ripa Dorii, et Sancti Michaelis Archangeli in valle Ornæ quæ nunc dicitur Destriana, monasteria ædificavit, et possessionibus multis ditavit. Et cum Ovetum causa orationis adisset, ibi dem graviter ægrotavit, et Legionem allatus, in vigilia Epiphaniæ, facta confessione Episcopis et Abbatibus qui secum aderant, devote suscepit Sacramentum corporis et sanguinis Domini Iesu Christi: quo facto, à se regnum quod^(x) à fratre suscepérat, abdicavit, proclamans

^(x) Tol. et Al. patre.
Nudus egressus *Iob. 1. 21.*
sum de utero matris meæ, nudus revertar illuc. *Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo.* *Psalm. 117. 6.*
His ita peractis, vitam finivit, et in monasterio Sancti Salvatoris quod filiæ suæ construxerat, tumulatur. In his decem et novem annis computantur quatuor anni Aldefonsi prædicti, quia post primum annum statim substituit sibi fratrem: per se autem regnavit Aldefonsus anno uno, Ranimirus annis quindecim.

De Rege Ordonio, et dissensione cum Castellanis, et morte eius.

CAP. IX.

Huic successit in regno Ordonius filius eius Æra DCCCCLVIII, et Æra 958.

re.

⁽ⁿ⁾ Compl.
Gunsalvi.
^(o) Al. Nunio-
nis.

^(p) Al. Lede-
siam.

^(q) Compl. de
captione.

^(r) Compl. ac-
cepit uxorem.
^(s) Al. Ferdi-
nandi.

^(t) Compl. Le-
gione in bono-
rem.

^(u) Al. Ceyam.

regnavit annis quinque, mensibus sex. Iste Ordonius satis prudens, et in regimine exercitus circumspetus. Unde frater eius Sancius quem Rex Ranimirus ex ^(y) Tarasia sorore Garsiæ Regis Navarræ suscep-
 (y) Al. Thera-
 sia hic et infra.
 Compl. varie
 legit.
 rat, favore et auxilio eiusdem Garsiæ avunculi, et Fernandi Gundisalvi Comitis Castellani, ipsis personaliter cum ipso venientibus, Legionem accessit, ut fratrem suum à regno expelleret, et ipse dignitate regia donaretur. Sed Rex Ordonius, ut erat in armis strenuus, civitates munivit, et munitiones viriliter defensavit, et regnum sibi intrepidus conservavit, et uxorem suam Urracam, quia Comitem Fernandum sacerum suum hostem senserat, dereliquit, et du-
 xit uxorem aliam nomine Geloram, ex qua genuit filium qui fuit podagricus, nomine Veremundum. Gallæci autem audientes dissensionem inter Legionenses et Castellaños, cœperunt contra Regem Ordonium rebellare. Ipse vero, congregato exercitu, Gallacos perdomuit usque Lisbonam, et va-
 statione et incendio omnia depræ-
 datus est, et rediit inclitus multis spoliis et captivis. Post hæc au-
 tem inter Regem Ordonium et Fernandum Gundisalvi Comitem Castellanorum discordia ^(z) sedata, exercitus Arabum venit ad Sanctum Stephanum in ripa Dorii, et usque Burgis omnia devastabat. Sed Comes Fernandus Gundisalvi cum exercitu Regis Ordonii et suorum, eos usque ^(a) Dorium insecutus, pugna subegit, et magnam multitudinem victor occidit, plurimamque captivavit. Quo auditu, Rex Ordonius disposuit in Arabes exer-

citum congregare, sed infirmitate præventus, Zemoræ moritur, et Legionem delatus, in monasterio Sancti Salvatoris quod pater suus condiderat, sepelitur.

De Rege Sancio, et Ordonio Malo.

CAP. X.

Defuncto Ordonio, frater eius Sancius, Regis Ranimiri filius, suc-
 cessit in regno ^(A) Era DCCCCLXIII, ^(A) Era 963.
 et regnavit annis duodecim. Cum-
 que magnates regni contra ipsum unanimitate consiprassent, ad Gar-
 siam Regem Navarræ qui dictus est Tremulosus, suum avunculum festinavit. Erat autem Sancius in-
 tolerabili pinguedine aggravatus, unde dictus fuit Sancius Crassus,
 et consuluit ei avunculus Abderramen Principem Cordubæ postu-
 lare, ut posset à ^(b) tantæ pingue-
 dinis pondere relevari. Cumque cum eo pacem firmasset, Cordu-
 bam veniens, ab Abderramen ma-
 gnifice est susceptus, qui, convo-
 catis medicis, antidoto cuiusdam herbæ à gravitate pinguedinis li-
 beratur, et agilitati et dispositio-
 ni restituitur ceterorum. Inter hæc
 autem Comes Fernandus et ma-
 gnates regni Asturiarum Ordonium Malum, quem Rex Aldefonsus cæcus ex uxore sua Semena suscep-
 perat, in Regem et Principem ele-
 gerunt. Et Comes Fernandus Gundisalvi dedit ei uxorem filiam suam Urracam Regis Ordonii derelictam. Erat autem tunc temporis quidam nobilis adolescens, nomine Vegila, qui cum esset de nobilio-
 ribus ^(c) illius patriæ, nolebat Co-
 miti Fernando ut subditus obedi-
 re.

(z) Compl. iam sedata.

(a) Tol. et
Compl. Dozium.

(b) Tol. tanto
pinguedinis pon-
dere.

(c) In Compl.
deest illius.

(d) In Compl.
deest compulit.

(e) Compl.
versus est, ut
regnum quod ab-
sens perdiderat,
veniens obtine-
ret.

(f) Compl.
Grassus hic et
supra.

(g) Compl.
Deo
et hominibus pra-
vis operibus odio-
sus.

(h) Compl.
Fernandus fi-
liam.

(i) Al. collo-
care.

re. Comes autem eum graviter insecurus, compulit exulare, et ad Arabes compulit ^(d) transmigrare. Rex autem Sancius, assumpta ab Abderramen multitudine Arabum, est ^(e) reversus, ut absens regnum quod perdiderat, veniens obtineret. Quod audiens Ordonius Malus, in Asturiis se recepit, ut difficultate montium inibi rebellaret.

Rex autem Sancius, olim ^(f) Crassus, quam cito advenit, rebellibus domitis, regnum recuperavit. Ordonius autem Malus, cum esset vialis, pusillanimis, et effeminatus, ^(g) Deo et hominibus odiosus, operibus pravus, nec in Asturiis se tutum reputans, ivit ad socerum fugiens et abiectus. Comes autem

^(h) filiam ei abstulit, et alteri viro dedit, et ad Arabes ire coegit, cum quibus dum vixit, vilitatis suæ poenas exsolvit. Rex vero Sancius, regno pacato, duxit uxorem quæ Tarasia dicebatur, ex qua genuit Ranimirum. Tunc Rex Sancius, cum esset homo devotionis, suadentibus uxore sua Tarasia et sorore sanctimoniali Geloira, misit Velascum Legionensem Episcopum et alios nuncios pro pace firmanda, et pro petendo corpore Sancti Pelagii Martyris qui sub Abderramen fuerat Cordubæ martyrio coronatus. Rex autem construxit monasterium Legione, in quo corpus Sancti Pelagii statuerat ⁽ⁱ⁾ collocandum. Et hac legatione pendente, Gallæci discordes inter se prædas et injurias exercabant. Sed Rex adveniens, insolentes domuit, et iniuriosos coegit usque ad Dorium, qui dividit Galliciam et Lusitaniam. Quod audiens Gundisalvus, qui trans flu-

men Dorii Princeps erat usque ad ripam eiusdem fluminis, congregato potentiae suæ exercitu, præcepis venit; sed videns se Regi Sancio non posse resistere, suæ gratiæ se commisit, et præstito iuramento de tributis solvendis, etiam terræ suæ dominium Regi Sancio recognovit. Verum prodigionis virus in corde ^(j) reservans, ^{(k) Tol. et Al.} virus mortiferum pomo immissum Regi obtulit ad edendum, in cuius esu cor Regis cœpit illico tubare, sicut natura exigit venenorum: et Rex intelligens, dum Legionem, mortis conscius, prope raret, tertia die in via moritur, et Legione iuxta patrem in Sancti Salvatoris monasterio sepelitur.

De Rege Ranimiro, et strage Normanorum.

CAP. XI.

Sancio defuncto, filius eius Ranimirus, habens à nativitate annos quinque, patri successit in regno Æra DCCCCLXXV, et regnavit Æra 975. annis viginti quinque. Hic de consilio matris suæ Reginæ Tarasiæ, et amitæ suæ Geloiræ monialis, secundum legationem patris cum Arabibus pacem fecit, et corpus Sancti Pelagii, pro quo pater mi serat, impetravit, et in monasterio quod pater ad hoc construxerat, collocavit. Anno secundo regni eius multitudine Normanorum cum Rege suo, nomine Gundredo, in finibus Gallæciæ applicarunt, et stragibus et incursibus urbes et loca Gallæciæ vastaverunt, et Sisnandum Episcopum Sancti Iacobi peremerunt, discur

ren-

(l) In Compl.

rentes patriam usque ad locum qui mons dicitur Onagrorum. Tertio anno cum patratis vastationibus, vellent ad propria navigare, invocato nomine Domini et beati Iacobi, Comes Gundisalvus Sancii occurrit eis, si posset exterminium vendicare. Et cum proelium inivissent, Dei gratia et virtute Apostoli, qui sine lege vastaverant, Dei iudicio sunt prostrati; et tam ipsi, quam Rex eorum in ore gladii ceciderunt, et Comes Gundisalvus Sancii eorum navigia igne consumpsit.

De vastatione Castellæ, et Zemoræ, et Gallæcia, et morte Ranimiri.

CAP. XII.

Et dum hæc fierent, Arabes per Ranimiri Regis pacem securi, contra Castellanos exercitum direxerunt. Cumque Ferdinandus Gundisalvi Comes resistere non valeret, occuparunt Arabes Septemmancas, Donias, et Septempublicam, et Varinatium, et multa alia, terram cædibus et incendio devastantes, ad hæc omnia inhumaniter adiuvante Vegila quodam nobili, qui à Fernando Gundisalvi Comite ob rebellionem à partibus Alavæ erat electus. Ex tanto ergo successu Arabes insolentes, etiam fœdus quod cum Ranimiro habuerant, infregerunt, et venientes Zemoram, invasam funditus subverterunt. Ea tempestate vir strenuus Fernandus Gundisalvi Comes Castellæ moritur, qui in acquisitione et tuitione et dilatatione patriæ utiliter, strenueque, et fide-

liter laborarat, et in monasterio Sancti Petri de Aslantia quod ipse construxerat, sepelitur. Rex vero Ranimirus duxit uxorem nomine Urracam. Cumque esset puer, nec ad discretionem ætatis venisset, stultis actibus cœpit Comites Gallæcia provocare, iam a consilio matris et amitæ alienus. Cumque Gallæci non possent eius insolentiam tolerare, quemdam Veremundum filium Regis Ordonii super se Regem ⁽¹⁾ in sede beati Iacobi creaverunt. Quod audiens Ranimirus, contra ipsum collecto exercitu, in Gallæciam festinavit, et ex alia parte veniens Veremundus, in Portella de Arenis proelium commiserunt. Et licet invicti adinvicem discessissent, ex utraque quamplurimi cæde mutua ceciderunt, et duobus annis, non sine grandi utriusque gentis exterminio, bellum invaluit intestinum. Ranimirus autem morbo correptus obiit Legione, et in Destriana traditur sepulturæ. Interea Alcorrexi Rex Agarenorum eam partem Gallæcia quæ nunc Portugallia dicitur, et usque ad Sanctum Iacobum, non veritus Apostolum, devastavit, sed merita Apostoli occurrerunt, et immissa in eos infirmitate, aut pauci, aut nulli superstites evaserunt qui in patria nunciarent.

De Rege Veremundo, et miraculo tauri.

CAP. XIII.

Mortuo itaque Ranimiro, Veremundus filius Regis Ordonii veniens Legionem, ab omnibus susci-

⁽¹⁾ Tol. et Al.
non habent in
sede.

O pi-

Ær. 1000. successio devoluta, *Æra M*, et regnavit annis decem et septem. Hic leges Gothorum liberaliter confirmavit, et Sanctorum Patrum canonicas sanctiones servari præcepit, et licet alias esset satis prudens, susurronibus et detractoribus aures bibulas inclinabat. Accidit autem quod tres servi de familia Ecclesiæ Sancti Iacobi, quorum unus vocabatur^(m) Zadon, alter Cadon, alter Ansilon, apud Regem dominum suum, Athaulphum⁽ⁿ⁾ de crimine pessimo accusarent, et quod etiam promiserat Sarracenis se legem Mahometricam suscepturum, et Gallæciam traditurum. Rex autem credidit, eo quod Episcopus esset filius illius Principis qui Regi Sancio in pomu mortis poculum propinarat. Cumque prædictus Episcopus vocatus ad curiam, quinta feria ante Pascha venisset Ovetum, consulentibus sibi aliquibus, ut antequam ad Ecclesiam descenderet, se Regis conspectui præsentaret, Episcopus constanti animo sic respondit; quod prius se præsentiae Salvatoris omnium exhiberet, et post in præsentia tyranni Principis compareret: intransque Ecclesiam Salvatoris, illico indutus sacris vestibus divina officia celebravit. Rex autem taurum feroem præceperat adduci, ut in venientem Episcopum desæviret. Sed Episcopus innocens cum talia præsensisset, consummatis officiis, ad locum ubi taurus æstuans mugiebat, accessit intrepidus, et mox taurus ad Epi-

^(m) Al. Cadeo.

⁽ⁿ⁾ Tol. et Compl. Athaulphum Episcopum de crimine. Al. legit Athaulphum.

scopum veniens, cornua in manibus eius^(o) dimisit, quibus dimisis, ad montem unde venerat, remeavit. Episcopus autem cornua quæ sibi taurus dimiserat, coram altari deponens, Domino Salvatori cum ceteris fidelibus solvit laudes, actores vero falsæ suggestionis et eorum semine maledicto coarctans, ad exemplum David qui pro morte Abner innocui Ioab cum semine condemnavit, sententialiter sic profatur: "De semine^(p) Zadon, Cadon, et Ansilon non deficiat leprosus, et claudus, cæcus, et mancus, vilis, et tenens fusum." Rex autem viso miraculo perturbatus, obtulit Episcopo satisfactionem, sed Episcopus regem videret noluit; immo secunda feria post festum Paschæ iter arripiens, ad Pamariensem Ecclesiam Sanctæ Eulaliæ usque pervenit.^(q) Ibi infirmitate correptus, quarta feria vitam finivit. Cumque sui vellent corpus eius ad Ecclesiam beati Iacobi deportare, immobile est inventum; et attentes quod à Domino fieret, trididerunt corpus in eadem Ecclesia Sanctæ Eulaliæ sepulturæ.

De insolentiis Veremundi, et uxoris eius, et de victoria Almanzoris.

CAP. XIII.

Rex vero Veremundus habuit duas nobiles concubinas, et erant sorores, legem Domini oblivious, et ex una genuit Infantem Ordonium, et ex alia Geloiram. Infans autem Ordonius, procedente tempore, ex Infante^(r) Fronilda genuit Aldefonsum,

^(o) Compl. misit, quibus.

^(p) Al. Cadeo.

^(q) Compl. abi.

^(r) Compl. Fro
nilde.

sum , Pelagium , Sancium , et Se-
(x) Compl. Prae-
dictus etiam Ve-
remundus nibi
lominus habuit.
menam . ^(y) Prædictus autem Vere-
mundus habuit duas uxores legiti-
mas , Velasquitam videlicet quam
viventem dimisit , et non conten-
tus incestu , sibi aliam nomine Ge-
(t) Al. concu-
bino.
loiram adulterino ^(z) contubernio co-
pulavit , ex qua genuit Aldefon-
sum , et ^(u) Taresiam . Ex Velasqui-
ta autem genuit Christinam Infan-
tem . Ipsa vero Christina ex Ordo-
nio Cæco filio Ranimiri Regis ge-
nuit Aldefonsum , Ordonium , Pe-
lagium , Comitissam , et Eldon-
tiā . Eldontia autem ex Pelagio
Froilæ Diacono genuit Comitem
Petrum , Ordonium , Pelagium ,
Munionem , et matrem Suerii Co-
(x) Compl. fra-
trem eius.
mitis et ^(x) fratrī eius , et Taresiam
Comitissam . Quæ cum esset do-
mina Carrionis , ibi Ecclesiam San-
cti Zoili ædificavit . Hi omnes di-
cuntur vulgariter Infantes de Car-
rion . Igitur propter peccata Prin-
cipis Veremundi et populi chri-
stiani Rex Arabum qui Alhagib
(y) Al. insti-
tuit.
dicebatur , se Almanzor ^(y) consti-
tuit nominari . Alhagib autem in-
terpretatur supercilium , quia sicut
supercilium defensio est sive um-
braculum oculorum , sic et ipse
dicebatur defensio populorum . Un-
de et clariori vocabulo se Alman-
zor instituit nominari . Almanzor
autem interpretatur defensus , sive
defensio , eo quod multis victoriis
gloriosus , se et suos strenue defen-
savit . Cumque Vegila de quo præ-
diximus , et quidam Comites , et
alii plurimi Christiani ad eius præ-
sidium configissent , promitterebant
ei terram reliquarum Hispaniæ se-
daturos , et hac ambitione com-
motus , adunato exercitu Arabum
et Christianorum qui secum ad-

erant , assumpto etiam filio suo Ab-
delmelic , ^(z) quod interpretatur fa-
mulus regius , cœpit Legionis , Ca-
stellæ , et Navarræ provincias de-
vastare , cui exterminio pro maio-
ri parte causam præbuit dissensio
Principum Christianorum qui sibi
adinvicem auxilia denegabant . Al-
manzor autem cum esset prudens ,
strenuus , hilaris , atque largus , ita
sibi Christianos allicere satagebat ,
ut Christianos Arabibus ostende-
ret cariores . Hac benignitate ca-
rissimus erat suis , adeo quod omnes
ex animo ei servire pari studio la-
borabant , ita quod à Dorio , qui
erat limes inter Christianos et Ara-
bes , usque ad fluvium Estolam
omnia vastavit , in cuius ripa ten-
toria collocavit . Quod audiens Ve-
remundus , cum exercitu propera-
vit , et insultum faciens in tentoria
Almanzoris , multos de suo exer-
citu interfecit . Cum autem esset
Almanzor magnanimus atque con-
stans , à proprio solio , deposito
aureo pileo quem pro corona
gestabat , humi resedit iuxta mo-
rem Principum gentis suæ . Exer-
citus autem qui eum ex animo
diligebat , confusionem autem fer-
re non sustinens , prælium restau-
ravit , et fugatis Veremundi mi-
litibus , usque ad Legionis ianuas
pervenerunt . Sed urgentibus plu-
viis hiemalibus , quæ solent in illis
partibus inundare , Almanzor ad
propria est reversus . Cives autem
Legionenses et Astoricenses timen-
tes in futuro anno super se tan-
tam multitudinem adventuram ,
corpora Regum quæ erant sepulta
Legione et ^(a) Astorica , cum
corpo Sancti Pelagii Martyris ad
Asturias transtulerunt , et apud

^(z) Al. quod in
tempore famulus
erat regis : in
Compl. deest
erat.

^(a) Ita legit Al.
hic : Compl. ve-
ro ubique : sed
Tol. habet Astu-
ricam.

Ovetum in Ecclesia Sanctæ Mariæ sepelierunt, et super altare beati Ioannis Baptistæ corpus Sancti Pelagii posuerunt. Quidam autem ex civibus Legionensibus corpus Sancti Froilani Episcopi deferentes infra Pyrenæum ad vallem quæ Cæsar is dicitur, in Sancti Ioannis Apostoli Ecclesia collocarunt.

(b) Al. Legionensi.

*De irruptione (b) Legionis
et Astoricae.*

CAP. XV.

Adveniente autem verno tempore, Almanzor iterum exercitum congregavit, et veniens Legionem, obsessam firmiter impugnavit. Verendum autem se apud Ovetum recepit morbo podagrico præpeditus. Almanzor vero captioni Legionis ferventer insistens, dum fere per anni circulum impugnasset, in porta occidentali prima irruptio facta fuit: quarta die post hoc, secunda irruptio iuxta portam (c) meridionalem. Tunc Guillelmus Consalvi Comes Gallæciæ qui ad defensionem venerat, graviter ægrotabat, sed audiens murum effractum, ad locum periculi se armatum deferri præcepit, ut mortem videret antequam excidium civitatis. Irruentibus itaque Arabibus, idem Comes occiditur, et civitas occupatur, et Almanzor portas urbis opere marmoreo (d) constructas, et arcem præcipuam, portæ orientalis murum, et ceteras turres fecit destrui à fundamentis, una dumtaxat relicta quæ esset posteris in memoriam, quod talium murorum et tantarum turrium destruxerat civitatem. Cepit Astoricam,

(c) Compl. meridianam.

(d) Compl. pulbre constructas.

et summitatem turrium decuravit: Coiancam (quæ nunc Valen-
tia) et Sanctum Facundum, et alia plurima loca subvertit: Albam, Lunam, Gordonem, et Arbolium licet (e) impugnaverit, non potuit obtinere. Deinde rediens per terras Castellæ, (f) Oxomam, et Alcovelam, Valeranicam (quæ nunc Berlanga) et Atentiam obtinuit, et destruxit. Exinde ad sua rediit fastu et superbia elevatus. Sic enim super Christianos ira cœlestis Regis exarserat. Ubi cum fere per duodecim annos Christianorum terminos invasisset, et ut voluerat, vastavisset, et plurima loca sibi tributaria effecisset, semper invictus rediit cum triumpho. (g) Unde etiam ab Hispania Gothorum gloria recessit, thesauros Ecclesiæ Arabes abduxerunt, et cultus Ecclesiæ datus est in contemptum, et plaga quæ acciderat tempore Roderici, et iam videbatur obduci, passa est recidivum.

(e) Compl. impugnavit.

(f) Al. Oxomiam.

(g) Al. Unde cum.

De morte Almanzor.

CAP. XVI.

Igitur anno decimo tertio Almanzor, resumpto exercitu, ingressus est per eam partem Gallæciæ, quæ dicitur (b) Portugale, munitiones et civitates hostiliter devastando. Cumque ad maritima pervenisset, etiam civitatem et Ecclesiam beati Iacobi devastavit, sed fulgere territus, ab eo loco, ubi esse corpus Apostoli credebatur, abstinuit, quod tamen proposuerat violare. Nihilominus tamen campanas minores in signum victoriæ secum tulit, et in Mezquita Cordubensi pro lamenibus collocavit, quæ longo tem-

(b) Compl. Portucale.

po-

pore ibi fuerunt. Almanzor autem cum suo exercitu percussus à Domino, pro scelere sacrilegii dignam sustinuit ultionem; nam qui sanctum locum Apostoli profanarat, immunda sui plaga, scilicet dysenteria fere totus exercitus est consumptus; reliqui morte subitanea perierunt. Quod audiens Rex Veremundus, misit multitudinem peditum expeditam, qui imbelles et infirmitate consumptos in montanis facile trucidarunt. Et sic Almanzor coactus peste, ad propria est reversus. Rex autem Veremundus coactus hostibus, legationem misit Garsiæ Fernandi Comiti Castellano, et Garsiæ Tremuloso Regi Navarrorum, ut oblii iniuriarum, ad agenda prælia fidei foederati insimul convenienterent. Quod audientes, Rex Garsias misit exercitum, Comes Garsias Fernandi personaliter cum sua multitudine, et Rex Veremundus, licet podagratus, gestatus humeris baiulorum, collecta potentia regni sui, omnes insimul convenerunt, et in loco quodam qui Arabice⁽ⁱ⁾ Calacanazor, Latine autem dicitur Vulturum altitudo, Almanzor venienti cum suis Arabibus, ut Castellam invaderet, occurrerunt. Cumque sese mutuis cædibus invasissent, maxima pars cecidit de exercitu Agareno; tamen noctis tenebris intercepti, neuter neutri cessit campum, et tanta strage compertha suorum, bellum in crastino timuit restaurare. Unde et de nocte fugiens, cum venisset ad vallem Borgcorexi, dolore vexatus, animam exhalavit, et ad Medina quæ Cœlum dicitur, est delatus. Cumque dies crastina illu-

xisset, exercitus christianus putavit Arabes ad prælium reversuros, sed cum tentoria vacua hominibus conspexissent, ipsa tentoria et suppellectilem et spolia varia occuparunt. Comes autem Garsias Fernandi viriliter insecurus eos qui cædem evaserant, fere usque ad internectionem delevit. Almanzor autem qui semper invictus fuerat, tanto dolore prostratur, ut à die prælii neque cibum, neque potum sumpserit, donec diem conclusit extremum.

*De fuga Abdelmelich, et morte
Regis Veremundi.*

CAP. XVII.

Ibidem anno sequenti Abdelmelich filius eius, postquam paternum suscepit honorem, exercitum congregavit,^(j) ut vastationibus in Christianorum finibus instaret; veniensque Legionem, quod residuum inventit in muris et turribus, dissipavit, ne posset iterum reparari. Sed Comes Garsias Fernandi adveniens ex Castella cum magna multitudine militum et populum, sibi^(k) Legionenses adiunxit, et Abdelmelich in ore gladii effugavit. Sicque christianis finibus à tot cladibus liberatis, aliquo tempore terra quievit. Tunc revocatis militibus christianis, Rex Legionis, et Rex Navarrae, et Comes Castellæ possessiones et iura militibus restituerunt, ne particularia schismata fierent Arabibus occasio prævalendi. Eo tempore Rex Veremundus à susurrone deceptus, præcepit capi Gudesteum Episcopum Ovetensem, sed ut tantum

(i) Compl. ut
vastationes in
Christianorum fi-
nibus restaura-
ret.

(k) Tol. et Al.
Legionem ad-
iunxit.

nefas non procederet impunitum, facta est siccitas magna in terra, ita quod totus populus ciborum penuria arctabatur. Cumque quibusdam religiosis fuisse à Domino revelatum, ^(l) famem propter iniuriam Episcopi accidisse, et Regi esset revelatio intimata, confessim absolvit Episcopum, et per Semenum Astoricensem Episcopum cui Rex Episcopum commendaverat, fecit restitui Gudesteum, et statim Dominus pluviam voluntariam segregavit, et terra attulit fructus suos. Tunc Rex Veremundus corde compunctus, Ecclesiam beati Iacobi, et cetera loca quæ Almanzor profanarat diripiens, prout potuit, restauravit, et bonis operibus et eleemosynis iam intentus, de commissis cum consilio Prælatorum pœnitentiam agere satagebat, et in villa quæ est in Berizo, moritur, et sepelitur, et ab Alfonso filio et successore transfertur post aliquantum temporis Legionem, et in Ecclesia beati Ioannis Baptistæ cum coniuge Geloirᾳ denuo sepelitur.

De Aldefonso, et miraculo sororis sue, et morte Comitis Garsiae Fernandi.

CAP. XVIII.

Post obitum Veremundi Aldefonsus filius eius successit in regno, ^(m) qui quinque annorum erat cum regnare coepisset, Æra MXVII, et regnavit annis XXVII, nomen matris eius Geloirᾳ. Cum esset parvulus, datus est nutriendus Menendo Gundisalvi Comiti Gallæciæ, et uxori eius Comitissæ Ma-

iori. Cum autem adolevisset, accepit uxorem eorum filiam Geloiram, ex qua duos filios dicitur habuisse Veremundum et Sanciam: et hæc Sancia, procedente tempore, nupsit Regi Fernando filio Regis Sancii Navarrorum. Hic autem Aldefonsus in reprobum sensum datus, cum esset puer, dedit Tarasiam sororem suam in uxorem Abdaliæ Regi Toleti sub pacto auxilii contra Principem Cordubensem, ipsa penitus reclamante. Cumque Rex ille vellet eam suis amplexibus commiscere, inquit illa: "Christiana sum, et abhorreo connubia aliena, noli me tangere, ne interficiat te, quem colo, Dominus Jesus Christus." Ille autem deridens talia, invitam corrupti, statimque percussus ab Angelo, sensit mortis periculum imminere, vocatisq; familiaribus, et oneratis camelis auro et argento et vestibus pretiosis et supellectili valde decora, remisit eam protinus Legionem, quæ ibidem in monachali habitu diu vixit; sed ad monasterium Sancti Pelagii se postea transferens, ibidem et vitam finivit, et sepulturam accepit. Eisdem diebus Sancius filius Comitis Garsiae Fernandi contra patrem ⁽ⁿ⁾ natus est rebellare. Cumque inter patrem et filium esset discordia concitata, Sarraceni fomentum impetus habuerunt, et Castellæ terminos invadentes, Abulam quæ populari cœperat, destruxerunt, Cluniam et Sanctum Stephanum occuparunt, cædes et incendia in patria exercentes. Cumque Comes Garsias Fernandi talia percepisset, magnanimitate pulsatus, licet gens sua in eum et filium

(l) Compl. p. stem propter.

(m) Compl. non habet qui.

Ær. 1017.

(n) Tol. et AL visus est.

lium esset divisa , eligens mori pro patria , cum Arabibus decertavit , sed multitudine circumclusus , vi-vus capitur inter cæsos undique comprehensus ; sed paucis diebus moritur , eo quod in bello fuerat letaliter vulneratus , et corpus eius à Sarracenis redemptum in mona-sterio Sancti Petri de ^(o) Cardonia requiescit.

^(o) Compl. et
Al. Cardenia.

De Sancio Comite , et piis operibus Aldefonsi.

CAP. XIX.

Huic successit in Comitatu Sancius filius eius , vir prudens , iustus , liberalis , strenuus , et benignus , qui nobiles nobilitate potio-re donavit , et in minoribus ser-vitutis duritiam temperavit . Hic patris iniuriam impatiens sustine-re , iuxta fœdus cum patre initum , Navarrorum et Legionensium exer-citus convocavit , et ingressus cum eis ad partes Toleti , cæde et clade cuncta vastavit , et prædis ab-ductis , quæ remanserant , flamma consumpsit . Nec ab his stragibus fuit regnum Cordubæ alienum . Sed utroque regno vastatione con-sumpto , et munera obtulerunt , et in-dignationis faciem donariorum co-pia placaverunt , et sic patris in-juria vindicata , gloriosus , et in-clitus remeavit . Rex autem Al-defonsus Concilium celebravit , et reædificavit Legionem , quam Al-manzor et Abdemelich filius eius destruxerant , (prout superius est expressum) et leges Gothicas re-paravit , et alias addidit , quæ in regno Legionis etiam hodie obser-vantur , et colligens ossa Regum

variis direptionibus dispartita , in Sancti Ioannis Basilica sepelivit . His temporibus duo filii Vegilæ ad Sarracenos transfugæ propter insolentias quas agebant , à Sancio Co-mite recesserunt , et à Rege Al-defonso benigne recepti , in ^(p) sub-montaneis dominium acceperunt . Post hæc Rex Aldefonsus cum suo exercitu veniens ad oppidum quod Viseum dicitur , mox ob-sedit . Cumque inermis infirmiora oppidi prospectaret , inter scapu-las sagitta percussus , letalis vul-ne-ris sensit ictum ; et rebus in præ-sentia Pontificum ordinatis , facta confessione , et sumpto viatici sa-cramento , vitam finivit , et soluta obsidione , à suis Legionem deducitur , et in paterno ^(q) mausoleo seplitur .

^(p) Compl. sub-montanis.

^(q) Al. Mau-seolo. Compl. Mauseulo.

De Rege Veremundo , et filiabus Sancii Comitis Castellani.

CAP. XX.

Post mortem Aldefonsi Vere-mundus filius eius successit in re-gno Æra MXLIII , et regnavit Ær. 1044. decem annis ; et quamvis puer , postremis patris actibus adhærens , tam Ecclesias , quam monasteria , quam loca sacra ab Arabibus dis-sipata studuit reparare , et malo-rum insolentias refrenare . Hic du-xit uxorem nomine ^(r) Taresiam fi-liam Sancii Comitis Castellani , qui Sancius habuit aliam filiam nomi-ne Geloiram (alii dicunt vocatam Maiores) quam dedit uxorem Regi Navarrorum Sancio qui di-citus est Maior , ex qua suscepit idem Sancius duos filios , Garsiam videlicet , et Fernandum .

De

^(r) Al. Thara-siam.

*De ortu et genealogia Regum
Navarrensiuum.*

CAP. XXI.

Verum quia genealogiæ Regum Castellæ linea et Legionis in viris post tempora Veremundi et Comitis Sancii defecerunt, et successiones Castellæ et Legionis fuerunt ad feminas devolutæ, oportet genealogiam texere à Regibus Navarrorum, qui heredes feminas in matrimonium assumpserunt. Cum enim Castella, Legio, et Navarra variis Arabum incursionibus vastarentur, vir advenit ex Bigorciæ Comitatu, bellis et incursibus ab infantia assuetus, qui ^(s) Enecho vocabatur, et quia asper in prœliis, Arista agnomine dicebatur, et in Pyrenæi partibus morabatur, et post ad plana Navarræ ^(t) descendens, ibi plurima bella gessit: unde et inter incolas regni meruit principatum. Hic genuit filium Garsiam nomine, cui uxorem Urracam de regio semine procuravit.

*De Rege Garsia Enechonis
et filio eius Sancio.*

CAP. XXII.

Mortuo autem Enechone Arista, regnavit Garsias Enechonis filius eius, vir largus, et strenuus, et in bellis ^(u) continue se exercens. Cumque quadam die minus caute in quodam viculo qui ^(x) Larumbe dicitur, resideret, supervenientes Arabes improvidum occidērunt, et Reginam Urracam uxorem suam prægnantem in utero lancea percusserunt. Sed continuo

adventu suorum latrunculis Arابum effugatis, Regina morti proxima, tamen viva, per vulnus lanceæ, sicut Domino placuit, infantulum est enixa, et fatus ministerio muliebri, vitæ miraculo omnium est servatus, et Sancius Garsiæ fuit vocatus. Mortua autem matre, quidam nobilis qui à tempore Enechonis Aristæ adhæserat Regi Garsiæ, suscepit infantulum, et fecit eum diligentissime enutrirī, et transactis infantiae et pueritiæ annis, cum ad adolescentiam pervenisset, ætatem indole, et indolem strenuis operibus superabat, et successit in regno Regi Garsiæ Æra DCCCCXVIII. Æra 918. Nutricius autem eius cum esset nobilis et abundans, semper eum consiliis et auxiliis ad magnalia provocabat, et procuratus est ei uxorem de regio semine quæ Theoda vocabatur, ex qua suscepit filium Garsiam nomine, qui agnominatus est Tremulosus. Habuit etiam quatuor filias, Semenam, Mariam, et Tarasiam, et ^(y) Valasquitam, quæ fuit data Comiti Biscagiæ Munioni. Verum Rex Sancius ex Cantabria Arabes graviter infestabat, adeo quod usque ^(z) ad montem Aucæ, et Tudeliam, et prope Oscam fere omnia suæ subdidit ditioni. Acquisivit etiam Aragoniam et montana. Verum populi Cantabrorum agilitati et frigori assueti, tempore irruptionis Arabum expeditiones viriliter sustinebant, et quadam vice cum Arabes hiemali tempore invaderent Pamploniam, et Rex Sancius ultra Pyrenæum ageret, audito periculo, periculo se ingessit, et propter importunitatem nivium de

(r) Compl. En-
necho.

(t) Al. disce-
dens.

(u) Compl. quo-
tidie.

(x) Al. La-
puerbe. Al. La-
rumba.

(y) Al. Ve-
lasquitam.

(z) Tol. et Al.
ad mortem Au-

crudis coriis fecit abarcas , quibus
 (a) Compl. usus pro sotularibus. (a) pro sotularibus per medias nives transivit illæsus , et ab hoc facto fuit exinde dictus Abarca : (et aliqui qui ex eius genere processerunt , adhuc hodie cognomen retinent ab Abarca) et circa Aurora obsessis adveniens , impetu (b) dirupit obsessores , et tanta succubuit multitudo , ut vix superesset qui Arabum infortunium nunciaret. Et quia habebat populos agiles , et in spiculorum actibus expeditos , ut eos ad bella et infestationes Arabum amplius provocaret , interdum cum militibus studio militari , interdum cum peditibus officio peditali , semper tamen prœliis fidei insistebat , et in rupibus arduis munitiones saepius (c) construebat , et aliquando pugna , aliquando furtim castra plurima occupabat , et more peditum calciatis abarcis , peditibus comitatus , pari , immo præcellenti agilitate , in Carpetania et Celtiberia loca plurima acquisivit , quæ adhuc hodie Regis Sancii Abarcae dicuntur , et ipse Rex Sancius Abarca adhuc hodie memoratur ; et inde sic compescuit incursantes , ut terra diebus eius securitate continua lætaretur , et regnavit Rex Sancius , dictus Abarca , annis (d) XXV , et decessit Æra 943. DCCCCXLIII.

De Rege Garsia , qui dictus est Tremulosus.

CAP. XXIII.

Eo mortuo , Garsias filius eius regnavit pro eo , qui dictus est Tremulosus , eo quod quando ru-

mores periculi audiebat , vel (e) debebat in prœlio experiri , à principio totus (f) tremulabat , sed postea constantissimus persistebat. Hic bonus , pius , et largus , strenuus , et benignus , et quidquid habere poterat , militibus erogabat , et quia imitator patris , interdum se peditum phalangibus immiscebatur , peditans aggregatim , et etiam calceamentis similibus utebatur : unde dictus fuit Garsias Abarca. Regnavit autem annis XXV , et mortuus fuit Æra DCCCCLXVIII. Æra 968.

De Rege Sancio , et generacionibus Regum Navarræ.

CAP. XXIIII.

Post mortem eius filius eius Sancius , dictus Maior , successit in regimine Navarrorum , et duxit uxorem filiam Comitis Sancii de Castella , quæ Maior , vel Geloira secundum alios dicebatur , et suscepit ex ea duos filios Garsiam et Fernandum. Et Rex Garsias habuit duos filios , Regem Sancium quem sibi ordinaverat successorem , sed fuit occisus in Poenaleni , et alium qui Sancius similiter est vocatus , qui apud Rhodam fuit proditionaliter interfectus. Hic habuit filium Ranimirum Infantem , qui Ranimirus duxit uxorem filiam Roderici Didaci , cum Valentiæ morabatur , et suscepit ex ea filium Garsiam Ranimiri , qui primus regnavit in Navarra , ex quo Fernandus filius Sancii Maioris sedem regni à Navarra transtulit in Castellam , et tunc temporis Navarri inter regnum Castellæ , et Aragoniæ , quasi

P ace-

(e) Al. dolebat.

(f) Compl. et Al. tremebat.

acephali fluctuabant. Unde cum post mortem Petri et Aldefonsi Regum Aragoniæ qui sine filiis decesserunt, regnum Navarræ diversis studiis traheretur, Navarri Garsiam Ranimiri de quo diximus, missis duobus Baronibus,

(g) Al. Guille-
mo.

(g) Guillelmo Acenarii de Oteica, et Fortunio Enechonis de Leet, clanculo à Montionis curia evocarunt, et eum sibi in Regem et Principem elegerunt, et per eum fuit regnum Navarræ satis tenue reparatum. Hic duxit uxorem Margelinam filiam Rotronis Comitis Perticarum, ex qua suscepit filium nomine Sancium, qui fuit prudens, magnanimus, et strenuus in agendis. Habuit etiam duas filias Rex Garsias, Blancam quæ nupsit Sancio Regi Castellæ, et habuit filium (b) nomine Aldefonsum,

(b) Compl.no-
bilem Aldefon-
sum.

de quo inferius prosequemur, habuit et aliam filiam nomine Margaritam, quæ nupsit Guillelmo Regi Siciliæ, ex qua suscepit Regem Guillelmum, qui semper di-
(i) Compl.
abundavit.

vitiis et deliciis (i) abundabat. Hic duxit uxorem Ioannam filiam Enrici Regis Anglorum, nec tamen habuit ex ea prolem. Sed eo mortuo, uxor sua Regina Ioanna nupsit Raimundo Comiti de Tolosa, ex quo suscepit filium nomine Raimundum, qui Tolosæ adhuc hodie principatur. Mortua Margelina, Rex Garsias duxit uxorem Urracam filiam Imperatoris, quam habuit ex Gontroida sorore Didaci (j) Abiregonis, ex qua suscepit tertiam filiam. Et mortuo Rege Garsia, Urraca Regina nupsit Alvaro Roderici, et me sua tempora invenerunt. Et ex ista habuit Rex Garsias tertiam filiam nomine San-

(j) Compl. Ab-
regeonis.

ciam, quæ data fuit (k) Gasconi Vicecomiti Bearnensi, et eo mortuo sine prole, nupsit Petro Comiti Molinensi, et suscepit ex ea filium nomine (l) Aimericum, qui

(k) Compl. Ga-
stoni.

fuit Vicecomes Narbonensis, eo quod Comes Petrus fuit filius Ormisindæ, ad quam Narbona successione provenit. Sancius autem Rex Navarræ duxit uxorem nomine (m) Beatiam filiam Imperatoris, ex qua genuit duos filios, Sancium qui successit in regno, qui dicebatur agnominé Inseratus, eo quod in castro Tudeliæ residens, se ab omnibus præterquam à paucis domesticis occultabat: habuit et alium filium Ferdinandum, qui erat merito probitatis in oculis omnium gratiosus, sed casu miserabili equi præcipitio (n) quassatus apud Tudeliam vitam finivit. Ha-

(m) Al. Beatri-
ciam.

buit et tres filias, Berengariam, quæ Ricardi Regis Angliæ fuit uxor. Quo mortuo sine prole, in viduitate laudabili diu vixit, et in civitate (o) Cenomannis ex donatio-
(o) Al. Ceno-
mani.

ne propter nuptias quam habebat, frequentius morabatur, eleemosynis et orationibus et piis operibus intendendo, castitatis et religionis exemplo provocans studia feminarum, et in eadem civitate vitæ cursum felici exitu consummavit. Secunda filia Regis Navarræ fuit Constantia, quæ fuit mortua nondum nupta. Tertia filia fuit Blanca, quæ nupsit Comiti Campaniæ Theobaldo, et suscepit ex eo filium (p) posthumum Theobaldum. Hic duxit uxorem de (q) Lothorin-
(p) Al. posthu-
mi.
(q) Tol. Lotb-
ringia.

gia filiam Metensis Comitis, sed ab ea postmodum fuit iudicio Ecclesiæ separatus. Postea duxit filiam nobilis Baronis Guiscardi de bel-

(r) Compl. Si-
bile.
(s) Compl. Ha-
novi.
(t) Al. Alieno-
rum.

bello ioco , et (r) Sibyllæ filiæ Philippi Comitis Flandriæ et (s) Hannoniæ. Ex ista suscepit filiam nomine Blancam , quæ est uxor nobilis Ioannis Ducis Britanniæ. Postea duxit uxorem tertiam nomine Margaritam , filiam nobilis Principis Archembaudi , ex qua suscepit duos filios , Theobaldum et Petrum , et filiam (t) Alienor , quorum infan-
tiam Dominus alat , provehat , et exaltet. Hic Theobaldus fidei zelo succensus , assumpta secum ma-
xima multitudine militum , Prin-
cipum , et Baronum , ivit in subsi-
dium Terræ Sanctæ , et loca plu-
rima acquisivit , quæ christianæ re-
stituit potestati , ibique omnibus
militibus indigentibus , etiam iis
qui in expensis eius non iverant,
usque ad redditum in sumptibus sa-
tisfecit , plerosque milites quos
Agarenorum versutia captivaverat ,
pactis et pecuniis liberavit , et re-
versus in Campaniam , Comita-
tum et regnum laudabiliter gu-
bernavit , omnibus mansuetus , iu-
stus , pacificus , et modestus , qui
nunc Navarræ et Campaniæ prin-
cipatur , et Dominus dirigat vias
eius.

De Infante Garsia , qui fuit occisus in Legione.

CAP. XXV.

Nunc ad historiam Regis Sancii , qui dictus est Maior , à qua diver-
timus , revertamur. Mortuo Co-
mite Sancio successit in Comitatu
filius eius Garsias , cui magnates
Castellæ uxorem procurati sunt
Regis Veremundi sororem quæ
Sancia dicebatur. Cumque Infans

Garsias cum suo exercitu et Re-
ge Sancio Navarrorum usque ad
Sanctum Facundum facturus nu-
ptias pervenisset , ibidem dimisso
exercitu , cum paucis clanculo ivit
Legionem , ut posset sponsam
conspectu mutuo intueri. Erant
autem tunc temporis Legione filii
Vegilæ Comitis , Rodericus Ve-
gilæ , Didacus Vegilæ , et Ene-
chus Vegilæ , qui ob patris odium
prodigionis anheli in filium con-
gesserant factionem , et ei obviam
occidentes , manus (u) osculo (prout
exigit mos Hispanus) se eius do-
minio subiecerunt , quorum homi-
nio iam securus , et paranyimphis
dulci alloquio persuasis , permis-
sus est Infans optatis solatiis de-
lectari. Cumque se mutuo conspe-
xissent , ita fuit uterque amore al-
teri colligatus , ut vix possent à
mutuis aspectibus separari. Tunc
quidam milites de regno Legionis
cum prædictis filiis Vegilæ ad Sar-
racenos transfugæ , eo quod à Co-
mite Sancio indignanter recesser-
rant à Castella , proditione (x) tra-
ctata , Infantem Garsiam annorum
tredecim occiderunt , Roderico Ve-
gilæ ea manu , qua eum de sacro
fonte levaverat , gladio feriente.
Et prodigionem huiusmodi sponsa
sua Sancia quæ utcumque perce-
perat , revelarat ; sed magnates qui
secum aderant , cum essent nobi-
les et fideles , tantum facinus cre-
dere noluerunt. Unde et (y) peracto
facinore , Castellani et Legionenses
intestinæ plagæ vulnere corruerunt.
Sponsa vero sponsi dulcedine vix
gustata , ante vidua , quam tradu-
cta , fletu lugubri semiviva lacri-
mas cum occisi sanguine admisce-
bat , se occisam ingeminans cum

(u) Al. oculo
pronoexegerunt:
mox Hispani se
eius dominio sub-
iecerunt , quorum
bonum iam se-
curus.

(x) Tol. et Al.
tracta.

(y) Compl. et
Al. perpetrato.

occiso. Qui cum in Ecclesia Sancti Ioannis cum patre sponsæ sepeliretur, et ipsa cum sepulto voluit sepeliri. Aliqui autem de proditoribus ad montium ardua con fugerunt. Sancius autem, dictus Maior, qui sororem Infantis Garsiæ maiorem duxerat in uxorem, statim Castellæ ingressus est Comitatum, ad quem erat ratione uxoris successio devoluta, ad quem etiam Ducatus Cantabriæ pertinebat, eo quod pater eius Rex Garsias fuerat filius Sancii, qui regno Navarræ Cantabriæ addiderat Principatum, et regnum Navarræ, et Comitatum Castellæ, et Ducatum Cantabriæ bellis indesinenter mirabiliter ampliarat, cuius sedes fuit Anagarum ab antiquo. Sub isto Comes Didacus Porcelli populavit Burgis, quam

(z) Compl. ad unar.

quia ex burgellis plurimis ^(z) ademerat, Burgis statuit nominari, Æra DCCCCXXII, et iter Sancti Iacobi, quod propter insultus Arabum per Alavam et Asturiarum devia frequentabant, ab Anagaro per Birvescam et Amaiam immutavit, et per confinia Carriónis, donec ad Legionem et Astoricam veniatur.

De divisione regni, et infamacione Reginæ.

CAP. XXVI.

Cumque Arabes victoriis attrivisset, satis secure degebat. Habebat autem equum quem tenerime diligebat, eo quod celeri fortitudine equis omnibus præeminebat. Erat enim strenuus, domitus, et probatus, et in eo tanquam in

vitæ subsidio confidebat, quem dimisit Anagari uxor fidei commendatum. Tanta erat tunc temporis infestatio Arabum, quod milites, Comites, et etiam Reges in domibus, ubi uxorum thalami orabantur, equis stationem parabant, ut quacumque hora clamor invadentium insonaret, ad equos et arma possent sine dilatione aliqua festinare. Filius autem eius Garsias qui erat primogenitus, commendatum equum à matre petiti sibi dari. Et cum illa annuisset precibus inclinata, miles quidam Reginæ servitio deputatus, eam à proposito revocavit, ne forte contra eam Regis indignatio incanderet. Sed et ipsa acceptans consilium, quod promiserat, denegavit. Indignatus autem filius vehementer, suasit fratri, ut matrem suam apud patrem de familiari commercio cum milite qui de equo dissuaserat, accusarent. Sed Ferdinandus nolens esse matris delator, dixit fratri: "Non accusabo, sed quæ dixeris, tolerabo." Garsias autem cuius furor maledictus quia pertinax, et indignatio quia dura, matris infamiam coram patre proposuit impudenter, et fratri testimonium invocavit. Et Rex credulus filiorum uxorem suam in castro Anagari observavit, et super hoc curia congregata, decretum est Reginam condemnandam duelli certamine, aut salvandam. Sed cum nullus adesset, qui contra Regis filios vellet in certamine pro Regina experiri, Ranimirus advenit homo pulcherrimus, et in armis strenuus, et Regis Sancii filius, non ex illa qua alii ortus matre: ipse obtulit duelli periculo pro Regi-

(a) Compl. Ana
garensi.

(b) Compl. io-
cundus.

gina. Cumque negotium in magno discrimine tractaretur, accessit monachus sanctitate præcipius ex monasterio ^(a)Anagorensi, qui dixit Regi: "Si Regina falso susurro accusatur, velletis eam à criminis liberare, et delatoribus indulgere?" Qui respondit: "Si posset cum iustitia liberari, nihil posset mihi gratius obvenire." Filii autem confessi fuerant sancto viro, se in matrem suam falso infamiam concessisse. Vir autem sanctus timens, ne in tanto periculo Regina innocens damnaretur, Regi, quæ perceperat, revelavit: et salvatus est Reginæ sanguis innoxius illa die. Rex autem de absolutione Reginæ ^(b)iucundus eam rogavit,

ut filiis impietatis facinus indulgeret. Tunc Regina annuit ea legi, ut Garsias in regno Castellæ quod ei ex parte patris provenierat, non regnaret, quod et ita fuit. Nam cum regnum filiis dividere decrevisset, ne occasio discordiæ viam daret Arabibus prævalendi, ordinatione patris Garsiæ primogenito regnum Navarræ et Ducatus Cantabriæ provenerunt: Fernando vero Castellæ tradidit Principatum. Regina itaque honori pristino restituta, et etiam ampliori, Aragoniam quæ eius erat ^(c) ex donatione propter nuptias, dedit Ranimiro privigno, qui propter eam se obtulerat ad duellum, id ipsum Rege Sancio confirmante.

(c) Al. propter
nuptias donatio-
nem dedit.

LIBER SEXTUS.

*De Rege Ranimiro, et genealogia Regum Aragoniæ,
et de captione Oscae.*

CAP. I.

Sed quia Ranimirus principium fuit Regum qui in Aragonia regnaverunt, à genealogia fratrum suorum aliquantulum divertentes, successionem Regum Aragonum qui multis victoriis claruerunt, stilo continuo usque ad hæc tempora prosequemur. Fuit itaque Ranimirus filius Regis Sancii qui dictus est Maior, quem suscepit ex quadam nobilissima domina de castro ^(d)Aivarum. Qui, patre mortuo, cum esset strenuus, primus in Aragonia Regem statuit se vocari, et hic fuit in Aragonia Regum primus. Hic genuit filium

quem à patris nomine Sancium nominavit. Hic Sancius obsedit Oscam, et sagitta percussus, sensit se letaliter vulneratum: ^(e) adiuravit filios suos Petrum et Aldefonsum, ^(f) quod nunquam ab obsidione recederent, donec civitas caperetur: et ipso vitam ex vulnere finiente, corpus eius inhumatum tardi servaverunt, donec civitas fuit capta. Cumque ad solvendam obsidionem multitudo Arabum advenisset, Petrus qui inter filios maior erat, et ibidem, mortuo patre, in Regem fuerat elevatus, à monasterio Sancti Victoriani Mar-

(d) Compl. et
Al. quod dicitur
Aivarum.

(e) Compl. et
adiuravit.

(f) Compl.
et Al. ne um-
quam.

tyris fecit afferri corpus, et eius orationibus se commendans, cum Arabibus concertavit, et Martyris oraculo confortatus, pugnæ institit, adeo quod et fugavit Arabes, et de eorum spoliis exercitui inopia laboranti copiam ministravit, et interpositis paucis diebus, sic civitatem strenue impugnavit, ut et civitatem sibi redderent, et se eius dominio mancipient. Hic est Petrus qui in bello postmodum à Roderico Didaci fuit captus, sed hostis clementia continuo liberatus. Hic habuit duos fratres, Aldefonsum cuius facta postea prosequemur, et Ranimirum qui in monasterio Sancti Pontii de Thomaris fuit monachus et Sacerdos.

*De dissensione Aragonensium,
et de regno Monachi Ranimiri.*

CAP. II.

Verum interpositis multis annis, aliis duobus fratribus decedentibus sine prole, fuit inter Aragonenses dissensio subsecuta, quia cum Ranimirus (ut diximus) esset monachus et Sacerdos, non posset bella neque iustitiam more regio exercere, nec posset uxor legitime sibi dari. Unde et quedam nobilis qui dicebatur Petrus Tarasiæ, volebant Regi mortuo subrogare; et quia ille minus provide se gerbat, cœpit de futuro ^(g) nomine se insolere, et spei, non rei dominio superbire, et nobiles dignari. Unde duo magnates, scilicet Petrus Titionis de Catherecta, et Peregrinus de castello Acioli, cum essent nobiles et potentes,

et vellent fidelitatem naturali domino custodire, plurimorum animos à primo proposito revocarunt, et ut Ranimirum monachum à monasterio evocarent, vigilanti studio procurarunt. Dum enim quadam die apud ^(b) Boriam Aragonensium curia provenisset, ut prædictum Petrum ad regni fastigium sublevarent, et ex Navarra aliqui ex magnatibus advenissent, et eos Aragonenses minus curialiter recepissent, Petrus Titionis eis occurrens, recepit liberaliter et iucunde, et sciens Petrum Tarasiæ ⁽ⁱ⁾ balneis detineri, prædictos magnates duxit ad eum, sed fuit eis à ianitoribus aditus denegatus. Et indignantes illico abierunt, et peracto prandio, cum Petro Titionis, mutato proposito, recesserunt. In eadem autem curia, procurantibus dictis magnatibus, fuit promotio Petri Tarasiæ impedita, et res dilata usque ad curiam Montionis. Cumque in Montione iterum convenissent, potiorum consilium hoc firmavit, ut Ranimirum monachum fratri mortuo subrogarent: et eductum de monasterio apud Oscam in regni solio collocarunt, et sororem Comitis Pitaviensis in uxorem ei post modicum temporis adsciverunt. Hic fuit in proeliis fortunatus, et suis benignus, propitius, liberalis, adeo quod fere omnes villas et castra regalia militibus est largitus. Suscepit autem filiam nomine Petronam, quæ postea dicta fuit Urraca, quæ Raimundo Barcinonensi Comiti fuit nupta, et ^(j) cum esset nubilis, statim Rex Monachus fuit suo monasterio restitutus. Qui tamen dum in regno existeret, mo-

^(b) Tol. Bori-gam.

⁽ⁱ⁾ Compl. bal-nei deliciis deti-neri.

^(g) Compl. no-mine insolere.
Al. insolescere.

^(j) Compl. cum fuit nubilis.

nasterium suum Ecclesiis et possessionibus multis ditavit, quæ adhuc hodie possidet in ^(k) Aragonia et Navarra.

^{(k) Al. in Ca-}
^{talonia, et Ara-}
^{gonia, et Na-}
^{varra.}

De unione Regni et Comitatus Barcinonæ, et filiis Comitis et Reginæ.

CAP. III.

Eius itaque filia Urraca coniuncta Comiti Barcinonæ, fuit regni et Comitatus ^(l) una deinceps successio subsecuta. Et suscepit idem Comes ex Urraca Regina duos filios et unam filiam, Aldefonsum scilicet et Sancium, et Dulciam quæ nupsit Regi ^(m) Sancio Portu-gallensi, cuius generationem inferius describemus. Sancius duxit uxorem Sanciam filiam Nunii Comitis ex Castella, ex qua suscepit filium Nuniū qui fuit mortuus sine prole. Aldefonsus autem primogenitus, patri et matri succedens, sceptrum regni et Comitatus obtinuit. Hic fuit strenuus et liberalitatis satis amator, et in partibus Provinciæ multa gessit; Comitatus enim Provinciæ suus erat.

^{(l) Compl. unio-}
^{deinceps subse-}
^{cuta: ita etiam}
^{Al.}

^{(m) In Al. deest}
^{Sancio.}

^{(n) Compl. Tu-}
^{rolium.}

Hic populavit ⁽ⁿ⁾ Turolum et alia plurima castra, et duxit uxorem Sanciam nomine, quam Imperator Hispaniarum suscepserat ex Richa Imperatrice, quæ fuit filia Ducis Poloni, ex qua suscepit tres filios, scilicet Petrum, Aldefonsum, et Fernandum, et tres filias, Constantiam, Alienor, Sanciam. Aldefonso dedit Comitatum Provinciæ. Hic fuit bonus, strenuus, atque largus, et duxit uxorem neptem Comitis ^(o) Folocalquerii, ex qua suscepit filium qui nunc

^{(o) Al. Folqual-}
^{querii.}

Provinciæ principatur, et est strenuus atque prudens, qui civitates multas et castra à Comitatu perditas acquisivit. Hic duxit uxorem Beatricem filiam Comitis ^(p) Maurienem, ex qua suscepit ^{(p) Al. Mau-}
^{riensis.} quatuor filias; quarum una nupsit Regi Francorum domino Ludovi-co, aliam duxit dominus Angliae Rex Enricus: Constantia filia Regis Regi Ungariæ fuit nupta, et viro mortuo sine prole, in Aragoniam est reversa, quam Rex Petrus frater eius dedit in uxorem Regi Siciliæ ^(q) Federico, qui fuit postea Imperator. Cumque Aldefonsus Comes Provinciæ, frater eius, cum sorore Regina in Siciliam navigasset, ipsa iuncta matrimonialiter Federico, Aldefonsus Comes vitam finivit cum multis aliis nobilibus, qui cum eis ex Aragonia et Catalonia navigarant. Federicus autem suscepit ex Constantia filium Enricum, qui adul-tus duxit uxorem filiam Ducis Austriæ. Sed quia contra patrem intentaverat rebellare, pater eum tardiū tenuit captivatum, donec in Apulia diem ultimum consum-mavit.

^{(q) Compl. Fre-}
^{derico hic et in-}
^{fra: ita Al.}

*De Petro Rege Aragoniæ,
et eius morte.*

CAP. III.

Petrus autem qui erat primoge-nitus, Aldefonso patri successit in regno. Hic fuit strenuus, curialis, et largus, et undecumque pecu-nias habere poterat, liberaliter ero-gabat, adeo quod interdum castra et municipia creditoribus obliga-bat, ne manus solita semper dare,

in-

inveniretur à largitionibus aliena.
Hic semper fuit Regi Castellæ Al-
defonso nobili fidei amicitia foede-
ratus , et cum eo in famosissimo
(r) Al. Ubede. bello (r) Ubetæ fuit victor , ut infe-
rius latius disseremus. Hic cepit

(s) Al. Alib- castellum (s) Abibdeimuz , et alia
deimuz.

(t) Compl. do- castella quæ à Sarracenorum instan-
mini montis. Al. tia liberavit. Hic duxit uxorem Ma-
Comitis montu- riam filiam Principis nobilis Gui-
lani.

llermi (t) montis Pesulan , quam
habuerat ex filia Imperatoris Con-
stantinopolitani , et suscepit ex ea
filium nomine Iacobum. Hic Rex
Petrus sub Innocentio Papa tertio
Romam adiens , ab eodem Papa
fuit in Ecclesia Sancti Pancratii
diadematè coronatus. Demum cum
venerabilis Arnaldus Narbonensis
Antistes contra hæreticos qui (u) pro-
vincia Narbonensi nomen Domini
blasphemabant , de Galliis crucis
signatorum multitudinem advocas-
set , advenit Petrus Rex Arago-
num in auxilium Comitis Tolosa-
ni. Nam ipse Raimundus Comes
Tolosæ , Alienor sororem Petri
Regis Aragonensis duxerat in uxo-
rem. Raimundus etiam filius eius ,
patri æquivocus , sorori Regis no-
mine Sanciæ erat matrimonio co-
pulatus , et ex ista Sancia genuit
filiam , quæ nupsit Aldefonso fi-
lio (x) Ludovici Regis Francorum ,

(x) Compl. Lo- Comiti Pictaviensi. Rex itaque Pe-
dovici hic et ali- trus cum paucis Aragonensibus , et
bi. pluribus Catalanis , et prædicto
Comite , et etiam cum Fuxensi ,
et aliis magnatibus Galliæ Gothi-
cæ , iuxta castrum quod (y) Mure-
lum dicitur , cum Gallicis com-
miserunt , et sicut Domino pla-
cuit , Rex cum Aragonensibus in
prælio ceciderunt , quia ipsi soli
viriliter perstiterunt , Fuxensi et

(y) Al. Mute- lum.

Tolosano Comitibus terga præben-
tibus cum aliquibus Catalanis. Nec
Rex Petrus , cum esset plene catho-
licus , in favorem venerat blasphe-
morum , sed (ut diximus) affini-
tatis debito. (z) Mortuus autem , se-
pultus est in Sexena quam mater
sua Regina Sancia construxerat ho-
spitali , et instituerat ibi collegium
dominarum. Occubuerunt autem
cum eo in bello de magnatibus
Aragonis Aznarius Pardi , et Pe-
trus Pardi filius eius , et (a) Gome-
tius de Luna , et Michael de Lu-
sia , et multi alii de potioribus
Aragonis. Hoc prælium fuit Æra
Æ. 1252.

*De Rege Iacobo , et filiis eius ,
et magnatibus eiusdem.*

CAP. V.

Mortuo Rege Petro , filius eius
Iacobus adhuc parvulus fuerat à
patre Simonis Comitis Montisfor-
tis custodiæ deputatus , et eius fi-
liæ despensus ; sed quia in bello

(b) Mureli idem Simon Regi Petro

(b) Tol. Muro-
lii.

dederat causam mortis , Sedes Apo-
stolica sic providit , ut Infans suis
naturalibus redderetur , et per Pe-
trum Beneventanum Sanctæ Ma-
riæ in Acquiro diaconum Cardi-
nalem fuit Rex Iacobus suis fide-
libus restitutus , hæc omnia vene-
rabi Hispæno (c) Socobiensi Epi-
scopo sollicite procurante , et in
propriis sumptibus personaliter la-
borante. Cumque iam ad annos

adolescentiæ pervenisset , Alienor
filiam Aldefonsi Regis nobilis ex
Castella , quam pater dimiserat
domicellam , duxit uxorem , et ge-
nuit ex ea filium qui dicitur Al-

(c) Tol. Serce-
brensi.

de-

(z) Compl. pro-
vocabus. Mor-
tuus autem.

(a) Compl Go-
mitius.

(b) Compl. Ani-
mæ.

(c) Compl. (a)

(c) Tol. Serce-
brensi.

(d) Compl. (a)

(d) Compl. (a)

defonsus, sed postea per venerabilem Ioannem Apostolicæ Sedis Episcopum Cardinalem fuerunt iudicio Ecclesiæ separati, eo quod sibi consanguinitatis linea ^(d) attингebat, filio tamen per eundem legatum legitimato. Rex vero Iacobus æmulatione magna contendens parentum magnalia superare, cœpit terras Arabum infestare, et cepit oppidum quod dicitur Burriana, multis aliis castris et villis Arabum occupatis. Postea vero magno navigio congregato ex omni litore regni sui, Baleares insulas est aggressus, et Maioricam caput regni, civitatem nobilem, maximam et potentem, impugnatione diutina fatigatam, Rege et incolis pæne cæsis, suo dominio subiugavit, licet de suis multi ^(e) ceciderunt bellis variis intercepti.

Obtentis etiam Eviza et Minorica, relictis defensoribus, in Aragoniam cisfretavit. Nec unius regni acquisitione contentus, regnum Valentiæ, quod multis munitionibus præminebat, adiit confidenter, et longis concertationibus civitas infestata invicto Regi se victam tradidit et subiectam: nec se credens Rex invictus aliquid peregisse, dum agendum aliquid remanebat, ^(f) et invadens ceteras urbes regni, tamdiu incursibus et cædibus regni incolas coarctavit, donec urbes, castra, et fere omnia municipia regni Valentiæ Regi inclito reddiderunt, ut iam tranquillitate suis regnis undique procura ta, et omnibus adversariis iam obtentis, non habeat quibus moveat ex se guerram. Hic (ut diximus) à prima uxore per Ecclesiam separatus, duxit aliam nomine Io-

^(d) Al. attine-
bant: ita etiam
legit Compl.

^(e) Al. et Com-
pl. ceciderint.

^(f) Tol. et
Compl. nisi evin-
ceret ceteras.

lesam filiam Andréæ Regis Ungariæ, et Iolesæ Reginæ quæ fuit filia Petri Imperatoris, et Iolesæ Imperatricis Constantinopolitanensis, qui erant de genere Regum Francorum; et ex hac uxore suscepit filiam nomine Iolesam, quam dedit uxorem domino Aldefonso primogenito Regis Fernandi, qui Castellæ, Toletu, Legioni, Gallæciæ, Cordubæ, Lusitaniæ, et Murciæ principatur. Suscepit autem ex eadem alios filios parvulos, quibus Dominus benedicat, et deinceps dirigat vias eius.

De matrimonio Regis Ferdinandi cum sorore Veremundi, et de morte Sancii Regis.

CAP. VI.

Nunc ad Regis Sancii et filiorum eius historiam revertamur. Itaque Rex Sancius, dictus Maior, patriæ finibus dilatatis, et pace inter filios ordinata, contra Veremundum Regem Legionis arma commovit, et de regno eius loca plurima acquisivit. Hic Sancius, dum quadam die se in venationis studio recrearet, aprum secutus, contigit in civitate olim nobili, tunc deserta, quæ Palentia dicebatur, cryptam in forma Ecclesiæ invenire, et altare in honorem Sancti Antonini Martyris adhuc extans. Ad quam cum aper fugiens advenisset, et Rex, vibrato venabulo, feram in crypta occidere voluisse, divino percussus miraculo, quod proposuit, non potuit adimplere; obriguit enim brachium eius dextrum, et sic aper illæsus evasit. Rex autem conver-

Q

sus

sus ad preces beati Martyris Antonini suffragium imploravit, et il-

(g) Tol. et Al.
destitutus.

Ilico ^(g) restitutus, iussit civitatem

(b) Compl. di-
rutam.

^(b) diruptam reparari, et super cryptam Ecclesiam ædificari, et procuravit ibidem Episcopum consecrari, et totam civitatem cum omnibus terminis et pleno dominio Episcopo et Ecclesiæ donatione obtulit liberali, villas et possessiones alias superaddens, quibus adhuc hodie gaudet Ecclesia Palentina. Magnates autem detrimentum patriæ attendentes, Regem Veremundum suasione et consilio induxerunt, ut sororem suam Sanciam, valde pulchram virginem, daret Fernando filio Regis Sancii in uxorem, qui et consensit, et à partibus veniens Gallæciæ, regales nuptias in magnis copiis et muneribus celebravit. Tunc Rex Sancius, dictus Maior, quidquid acceperat ultra Pisoricam, Fernan-

(i) Tol. et Al.
Sancius nurui.

do filio suo dedit ⁽ⁱ⁾ et Sanciæ nuchi cum beneplacito Veremundi. Post hæc Garsias qui Navarris Rex fuerat assignatus, causa voti beatorum Apostolorum Petri et Pauli limina visitavit, et eo peregrsic agente, Rex Sancius pater eius, plenus dierum, vitæ terminum consummavit, cum regnasset annis triginta quinque. Obiit au-

Ær. 1053. tem Æra MLIII, quem suus filius Rex Fernandus, regalibus exequiis celebratis, in Ovetensi monasterio sepelivit.

De victoria Regis Garsie contra Regem Ranimirum.

CAP. VII.

Interea Ranimirus cui pater in

Aragoniam partem dederat, confoederatus Regibus Cæsaraugustæ, Tudeliæ, atque Oscæ, contra fratrem suum Regem Garsiam indebitè conspiravit. Qui cum, peracto voto, Roma rediisset, invenit Ranimirum fratrem suum iam Regis nomine superbire, et super ^(j) Tafaliam exercitum congregasse. Sed Rex Garsias, cum esset strenuus et magnanimus, Ranimiro occurrit, et insultu turbatum fugæ reliquit; adeo enim improvisus advenit, quod Ranimiro et exercitui ad arma non licuit convolare: immo Ranimirus solis pannis lineis circumtectus, nudis pedibus in equum prosiliit, equum non freno dirigens, sed capistro. Sicque peracta cæde tam in Reges qui auxiliatores venerant, quam in exercitum Ranimiri, occupatis tentoriis et supellectilibus utrorumque, Rex Garsias victor ^(k) recedit, et quidquid Ranimirus à patre habuerat, præter ^(l) Suparve et ripam Gurciam, Rex Garsias strenue occupavit.

De morte Regis Veremundi.

CAP. VIII.

Porro est orta discordia inter Regem Fernandum qui Castellæ, et Veremundum qui præerat Legioni. Causa autem discordiæ ista fuit. Cum Aldefonsus pater Veremundi adhuc puer regnare cœpisset, Rex Sancius à flumine Ceiæ versus Castellam omnia occupavit. Sed cum (ut dictum est) Fernandus Regis filius Sancii sororem Regis Veremundi duxerat in uxorem, terram illam quæ in controversia habebatur, pacifice possidebat, eo quod si-

(j) Al. Tba-
pbaliam.

(k) Compl. re-
sedit.

(l) Al. præter
superarne et ri-
pagureiam. Tol.
vero legit ripam
Gutriam.

sibi et uxori fuerat à Veremundo libere derelicta tempore matrimonii celebrati. Mortuo autem Rege Sancio, Veremundus præteritæ iniuriæ reminiscens, pacta quæ fecerat, non servavit, et partem quam

(m) Tol. sororio. Al. voluit sororio. Compl. sponte sororio dimiserat, et sorori voluit vendicare.

sponte sorori dimiserat, (m) voluit vindicare. Quod percipiens Rex Fernandus, adscito Garsia fratre suo Rege Navarræ, contra Regem Veremundum qui cum toto potentiaæ

(n) Compl. et Al. veniebat in vallem Tamaronis, advenit iuxta fluvium Carrionis : ibique.

suæ exercitu (n) veniebat, iuxta flumen Carrionis occurrit : ibique exercitus congrederentes, adinvicem pluribus cædibus se læserunt. Et Rex Veremundus de velocitate et fortitudine equi præsumens, et ipse acer, per cuneos militares imperterritus se iniecit, ut Regem Fernandum posset impetere gladio speciali. Sed Rex Garsias et Rex Fernandus, non minori ferocia pertinaces, ex adverso viriliter resistebant, et dum Rex Veremundus equi impetu traheretur, confossus lancea, in terram cecidit, expers victoriae, simul et vitæ. Multi etiam de suis militibus post eius impetum concurrentes inibi ceciderunt,

(o) Compl. et domino caruerunt.

et eodem momento vita (o) et dominio caruerunt. Corpus autem Regis Veremundi Legionem delatum, cum uxore sua Tarasia est sepultum.

De unione regnum Castellæ et Legionis, et de filiis Regis Fernandi.

CAP. IX.

Ær. 1054. Post hæc autem Æra MLIII, cum regnum Legionis ad Regem Fernandum ratione uxoris suæ Sanctæ pertineret, (non enim alias he-

res supererat) congregato exercitu, Rex Fernandus impetivit Legionem. Et quamvis propter Veremundi mortem cœpissent (p) indigenæ aliquantulum rebellare, tamen de facili obtinuit civitatem,

(p) Tol. et Al. indigne.

eo quod nondum erat post destructionem Arabum firmiter repara-ta. Et ingrediens Legionem, in Regem ab omnibus est receptus, et regali diademate decimo calendas Iulii à venerabili (q) Servando Legionensi Episcopo insignitus, et regnavit annis XL, mensibus VI, et sic regnorum schismata quieve-runt. Confirmavit etiam leges Go-thicas, et alias addidit quæ spe-cabant ad regimen populorum. Hic Rex Fernandus, vir bonus, et iustus, ac timens Deum, et strenuus in agendis, ex prædicta Sancta Veremundi sorore genuit Ur-racam primogenitam, ornatam moribus et decore, antequam regni fastigium obtineret. Postea genuit Sanctum, postea Geloirain, postea Aldefonsum, postea Garsiam. Hos filios fecit instrui liberalibus disciplinis, adultos vero, militaribus studiis assuetos, incursiones et proœlia indidit frequentare, filias autem in devotione erudiri præcepit et studiis seminarum.

De discordia fratrum, et morte Regis Garsiae.

CAP. X.

Succedentibus autem prosperis Fernando, frater eius Garsias Rex Navarrorum, cum esset magnanimus et superioris impatiens, de fratribus successibus torquebatur; cumque eum contigisset apud Ana-

garum ægrotare, et Rex Fernandus venisset ad eum gratia visitandi, inique cogitans Rex Garsias, eum proposuit retinere. Sed cum consilium patuisset, Rex Fernandus, Dei gratia liberatus, exiuit oppidum, et ad propria remeavit. Paucis autem diebus interpositis, Regem Fernandum accedit infirmari. Cumque ad visitandum Rex Garsias modo simili advenisset, ut scelus præteritum expiaret, quod in innoxium cogitavit, ipse noxius est perpessus, et captus à Rege Fernando, custodiendus Ceiæ deputatur. Sed paucis diebus elapsis, promissione suasis custodibus, solvitur, et suæ patriæ restitutus, cœpit vindictam totis viribus procurare; et congregato exercitu tam suorum, quam Ruchonum, Vasconum, et Maurorum, ad fratris iniuriam prope ravit. Cumque post transitum montis Aucæ consedisset in loco qui dicitur Ataporca, Rex Fernandus veniens ex adverso, per legatos pacem humiliter postulavit, ut contenti suis pace perpetua lætarentur. Quod Rex Garsias renuens, nuncios, comminando gravia,^(r) in honорios à se misit. Cumque iam belli periculum immineret, magnates et milites regni sui ad ipsum communiter accesserunt humiliter supplicantes, ut eis et ablata restitueret, et leges patrias confirmaret. Cum enim præcelleret strenuitate corporis, et virium magnitudine super omnes, adeo ut omnibus præmineret, crudeli superbia grassabatur, et possessiones militum infiscabat, et iura patria immutabat. Ipse autem solis viribus autumans prævalere, petitiones mi-

(r) Tol. et Al.
in bonoros ad se
misit.

litum refutavit, ne videretur annuere ex timore. Tunc duo milites quorum bona proscripserat, naturale debitum abnegantes, se in adversarium transtulerunt. Ad hoc nutricius eius, qui eum ab infancia nutrierat, vir prudens, et bonus, strenuus, et fidelis, sinceris lacrimis consulebat, ut et petitis annueret, et sibi suorum animos complanaret. Rex vero animo induratus, neutrī satisfecit. Tunc ille nutricius inquit: "Intelligo quod hodie victus et inglorius morieris, sed ego præmoriar, ne te videam morientem quem tantum studio enutrixi." Cumque se exercitus circumspicerent, et ad certamen undique properarent, ille nutricius, depositis clypeo et ga lea et lorica, pannis dumtaxat usualibus circumtectus, sola lancea et gladio comitatus, morti in prima acie se obiecit, ne alumni et gentis excidii esset testis. Cumque mutuis cædibus hinc inde exercitus se impeterent, cœpit prævalere exercitus Castellanus, eo quod numero et potentia excedebat, et Rex Garsias suorum animos non habebat. Tunc quidam milites qui fuerant ex familia Veremundi, et noctu collem qui Navarrorum exercitui imminebat, clanculo occuparant, Regis Garsiæ acies cum duobus militibus qui ab eo recesserant, impetu irrumpentes, ad Regis aciem pervenerunt, et alter militum qui ab eo recesserat, dicitur eum lancea perforisse: ex quo ictu in terram cecidit Rex Garsias, et duo magnates qui cum eo aderant, inibi cederunt. Cumque Rex Fernandus, fratre occiso, et fugato exercitu,

de-

de victoria lætaretur , pietatis non immemor , præcepit suis ne sufficientes læderent Christianos; tamen Sarraceni qui aderant , pro maiori parte captivitate et gladio perierunt. Tunc Rex Fernandus præcepit corpus Regis Garsiæ honorifice Anagarum deportari , et in monasterio Sanctæ Mariæ quod ipse construxerat , et donariis plurimis adornaverat , sepeliri.

*De monarchia Regis Fernandi,
et de acquisitione Portugalliae,
et divisione Regnum.*

CAP. XI.

Igitur Rex Fernandus non minus de Dei gratia , quam de victoria gloriosus , regnum fratris obtinuit sine mora , factus Monarchus Hispaniæ ulterioris , scilicet Gallæciæ , Asturiarum , Legionis , et Castellæ , Anagri , et Iberi ; terra autem Navarræ inter Iberum et Pyrenæum remansit Sancio filio Regis Garsiæ , qui fuit occisus in Pen naleni , et Aragonia cum Ripagur-
(s) Tol. et
Compl. trans-
quilla securitate
gauderet.

impugnantes à sagittariis læderentur , et duplex lignum sagittarum impetus hebetaret. Cumque civitatem fortiter et continue impugnaret ^(t) Viseorum , coactam obtinuit , et habitatoribus captivatis et imperfectis , diripientibus dedit manus , repertusque fuit ille sagittarius , qui in alia obsidione socerum suum interficerat Aldefonsum , eumque captum fecit Rex oculis , et manibus , et pede altero mutilari. Indeque procedens , pervenit Lamecum , et quamvis civitas loci difficultate inexpugnabilis videretur , tamen castris ligneis et diversis machinis coarcta ta , in continenti capitur , incolis et opibus occupatis , et partem habitantium interfecit , partem ad resarcendas Ecclesias ^(u) diruptas reservavit. His itaque munitionibus occupatis , proposuit ^(x) Coimbriam , maiorem illius patriæ civitatem , cum Dei adiutorio impugnare , et ad petendum cœleste subsidium Ecclesiam beati Iacobi visitavit; et implorato per triduum divinæ auxilio maiestatis , beati Apostoli oraculo confortatus , contra Coimbriam exercitum congregavit , ubi fixis tentoriis , circumquaque machinas et castra linea elevavit. Sed quia civitas fortitudine et magnitudine præeminebat , obsidionem contigit diutius protelari. Erant autem sub Arabum potestate monachi religiosi in loco arcto , qui Loruanum adhuc hodie appellatur. Hi laboribus manuum insistentes , thesauros frumenti , hordei , et milii , et siliginis , ignorantibus Arabibus , conservarant , hæc omnia proprio victui subtrahentes. Verum quia protracta obsidio victualibus in-

(t) Compl. vi
suorum coactam.

(u) Compl. ha-
bet hic et sæ-
pissime dirutas.

(x) Compl. hic
et alibi legit Co-
nimbriam.

indigebat, de recessu ab omnibus tractabatur. Sed audientes monachi, occurrunt, et quæ à longis temporibus conservarant, Regi et obsidioni liberaliter obtulerunt. Et his victualibus exercitus confortatus, longanimis est effectus, et cibis refocillati, impugnationi urbis de die in diem virilius institerunt, donec obsessi, fame et pugna coacti, elanguidis animis marcuerunt. Verum Christianis viriliter insistebat, et machinis undique quas-santibus, auxilio Dei et beati Iacobi interventu murus irrumpitur civitatis. Quo viso, Arabes consternati, civitatem et opes Fernando Principi obtulerunt, pro vita tantummodo supplicantes, quod Regis clementia acceptavit, et die Dominica hora tertia invicto Principi civitatis dominium reddiderunt. Eo tempore fertur vir Græculus ex Hierosolyma causa peregrinationis ad Ecclesiam Sancti Iacobi advenisse, qui in devotione pernoctans, audivit indigenas enarrare, ^(y) beatum Iacobum ut militem in Christianorum præliis apparere, sed ipse licet devotus Apostolo, prædicabat non militem, sed piscatorem; cumque in tali pertinacia permaneret, revelatione divina meruit intueri equum splendore conspicuum Apostolo presentatum, et armorum insignibus decoratum, obsidentibus Coimbram subvenire. Et peregrinus, de quo diximus, visione huius certus factus, et diem et horam captionis Coimbrae in Ecclesia Apostoli publice prædicavit, et sicut ipse prædictus, sic postea rei veritas patefecit, et sic remansit terra circa Mondaicum fluvium christiana-

næ fidei acquisita. Commisit autem custodiam illius patriæ Sisenando, qui olim exul, adhæserat Abenadab Regi Agarenorum, et suæ merito probitatis fuit in eius oculis gratiosus, qui bella et vastationes exercuit contra Christianos Lusitaniam et Portugaliam habitantes, iam nunc reconciliatus Principi Ferdinando, fuit restitutus gratiæ et honori. Rex vero Ferdinandus pro triumpho gratias agens, Ecclesiam beati Iacobi visitavit, et oblatis donariis, ad propria est reversus; et cœpit bonis actibus abundare, et toto tempore vitæ suæ ab infestationibus Arabum non cessavit: et timens ne post mortem eius de regno filii decertarent, ipse vivens, regnum divisit, et dedit Sancio primogenito à flumine Pisorica Castellam, Anagarum, et Iberum: et dedit Aldefonso Legionem, Asturias, et Transmeroram usque ad flumen quod dicitur Ove, Astoricam, et partem Camporum qui Gothici nuncupantur, et Berizum usque in villam ^(z) in monte qui dicitur Ezebredus: dedit Urracæ et Geloiræ filiabus Zemoram et Taurum: Garsiæ dedit ^(a) Gallæciam cum ea parte quæ dicitur ^(b) Portugale.

^(z) Compl. Ux
in monte.

^(a) Compl. to-
tam Gallæciam.

^(b) Compl. et
Al. Portucale.

De vastatione regni Toleti, et de translatione reliquiarum in regnum suum.

CAP. XII.

Post hæc apud Legionem curia celebrata, direxit acies contra Mauros, et quædam castra Christianis infesta victrici gloria subiugavit,

^(y) In Tol. MS.
deest beatum Ia-
cobum.

videlicet Gormatium , Vadum Regis , Aquilariam , ^(c) Valericanam , (quæ nunc Berlanga dicitur) Ripam Sancti Iusti , Sanctam Emerentianam , Gormicis ; et turres multas speculatorum (quas nunc dicimus Atalaias) per quas Christianorum introitus nudabatur , in valle ^(d) Bor-

^(d) Compl. Bor-
georexi.
georexi.

gocorrei et in loco qui nunc dicitur Caracena usque ad Medianam Cœli , solo diruptas adæquavit. Inde ad loca Cantabriæ prope rans , expulsis Mauris , montana

^(e) Compl. et
Al. Oniæ.
Aucæ et ^(e) Ioniæ suæ subdidit di-
tioni. Inde firmans propositum ver-
sus Toletum , Talamanticam , Gu-

^(f) Tol. Ma-
ioritum.
dalfaariam , Alcala , ^(f) Maieritum , cetera loca dominii Toletani sic cæde et incendio devastavit , ut Rex Toleti suorum clamoribus concitatus , et munera dedit , et iuramento promisit , tributa annis singulis se daturum. Postea adeo Regem Hispalis infestavit , ut corpus beati Isidori permitteret inde levare , quod à duobus Episcopis , Alvito Legionensi et Ordonio Astoricensi , multis miraculis coruscantibus , translatum est ab Hispali Legionem. Aliqui dicunt corpus beatæ Iustæ cum corpore beati Isidori tunc translatum. Sed quia nostris temporibus corpora Sanctorum Iustæ et Rufinæ revelatione ostensa per Petrum Fernandi nobilem Principem sunt translata ad regale monasterium prope Burgis , ego nolo , sed diffiniat , qui præsumit. Verum Rex Fernandus Ecclesiam honorificam fecit construi , et in honore eiusdem Sancti Isidori dedicari , quam auro et argento et lapidibus pretiosis et cortinis sericis decoravit , et eandem Ecclesiam vespere et mane , noctur-

nisque horis , et sacrificii tempore frequentabat , interdum cum clericis in Dei laudibus modulando , interdum etiam vices cantoris explebat. Cumque sepulturam in monasterio Sancti Facundi aut Sancti Petri de Aslantia eligere decrevisset , uxoris suæ Reginæ Sanciæ precibus inclinatus , Legione in Ecclesia quam construxerat , elegit sibi et coniugi et successoribus sepulturas , et etiam ab uxore susus , Regem Sancium patrem suum à monasterio ^(g) Ovetensi ad eandem transtulit sepulturam. Ad instantiam etiam Legionensium Zemoram nobilem civitatem , quam Almanzor olim diruerat , reparavit. Postea cum civitas Abulensis longis temporibus diruta remansisset , Rex Fernandus ab ea corpora Sanctorum Martyrum Vincen-
^(g) Compl.
et Tol. legunt
Oniensi pro Ove-
tensi.

*De religiosis actibus Regis Fer-
nandi , et morte eius , et uxoris
illius.*

CAP. XIII.

Hic itaque Rex Fernandus iam senectute confectus , vitam suam bonis operibus et Deo placitis dedicavit. Ecclesias regni sui , et præcipue Sancti Iacobi , Sancti Salvatoris , Sancti Isidori , et Cathedra-

dralem Ecclesiam Legionis possessionibus et donariis inclitavit; monasteriorum etiam indigentiam de suis facultatibus sublevabat. Cum vero quadam die in Cathedrali Ecclesia Legionis audiret divina, vidit ministros Ecclesiæ causa familiaris inopiæ nudis pedibus ministrare, et statim certos redditus ad calceamenta instituit ministrorum. Cæterum cum ad Sancti Facundi monasterium veniebat, cibis eorum contentus, pari ordine et consortio quasi unus ex eis, et divinis officiis insistebat, et cibariis regularibus utebatur. Cumque oblatum vas vitreum de manu Abbatis, ad mensam residens, suscepisset, vas decidens de manu Regis illico fractum fuit. Rex vero pro negligentia valde pœnitens, in continenti vas aureum gemmis ornatum fecit afferri, et Abbatii offerens, pro vitro satisfecit. Obtulit insuper Cluniacensi monasterio de regio fisco mille aureos annuatim perpetuo ^(b) solvendos. Nec minus eo Regina Sancia uxor eius bonis et piis operibus abundabat, et in ⁽ⁱ⁾ regimine et bellorum discriminé eius sollertia utilis et sedula apparebat. Cumque Regi Fernando Arabes Celtiberiæ et Carpetaniæ tributa negarent, ipse Rex cum exercitu eos aggrediens, et vastationibus infestavit, et pristinæ restituit servituti. Sed iam vitæ sibi termino imminentem, apparuit ei beatus Isidorus, et diem sui obitus intimavit; et cum cœpisset post modicum infirmari, fecit se Legionem abduci, et nono calendas Ianuarii, die sabbati, ingressus est civitatem, et ex more corpora Sanctorum flexis genibus adoravit,

^(b) Compl. per-
solvendos.

⁽ⁱ⁾ Compl. re-
gnis regimine.

petens et supplicans, ut cum dies obitus iam instaret, anima eius ab Angelis duceretur. In ipsa autem nocte nativitatis Dominicæ, licet æger, ipse Rex cum clericis interfuit matutinis, concinens, ut infirmitas tolerabat, et observabatur ibi tunc temporis officium Toletanum. Facto autem die, vocatis Episcopis, fecit sibi Missam sollemniter celebrari, et percepit corporis et sanguinis Domini sacramentum. In crastino autem, vocatis Episcopis et Abbatibus et viris religiosis, una cum eis fecit ad Ecclesiam se deferri, et impo-
sito capiti diademate, et indutus regalibus indumentis, coram sarcophago Sancti Isidori clamavit ad Dominum voce clara : "Tua ^{i. Par. 29. 12.}
"est potentia, tuum est regnum
"Domine, tu es super omnes Re-
"ges, tuo imperio omnia sunt sub-
"iecta : quod te donante accepi,
"restituo tibi regnum, tantum ani-
"mam meam in æterna luce iu-
"beas collocari." Et his dictis, exu-
tus regalibus ornamenti pro via exorabat, et recepta ab Episcopis pœnitentia et gratia ultimæ unctionis, indutus cilicio, et con-
spersus cinere, duobus diebus in pœnitentia atque lacrimis supervi-
xit. Tertia autem feria, hora sex-
ta, in festo Sancti Ioannis Evan-
gelistæ, plenus dierum, reddidit Deo spiritum immaculatum, et iuxta patrem suum in eadem Ec-
clesia Sancti Isidori est sepultus. Regnaverat autem, vivente patre, annis XII : in Castella, mortuo patre, annos XII : in Castella et Legione annis XVI : in universo annis XL, mensibus VI, die-
bus ^(j) II. Regina autem Sancia <sup>(j) Compl. et
Al. XII.</sup> uxor

uxor eius supervixit duobus annis, et obiit sexto idus Novembris, et sepulta est iuxta eum.

*De discordia fratrum, et qualiter
vicit Sancius Aldefonsum.*

CAP. XIII.

Post mortem itaque Regis optimi Fernandi tres filii eius et duæ filiæ remanserunt, Sancius, Aldefonsus, Garsias, Urraca, et Geloiria. Sed licet ipse regnum filiis divisisset, et partem suam unicuique assignavisset, quia omnis potestas impatiens est consortis, et quia Reges Hispaniæ à feroci Gothorum sanguine contraxerunt, ne maiores aliquem velint parem, nec minores superiorem, sæpius inter Gothos regalia funera fraterno sanguinè maduerunt. Rex itaque Sancius, Castellæ et Navarræ finibus non contentus, inhumanitatis Gothicæ successor et heres, et sanguinem fratrum sitire, et ad eorum regna cœpit cupidus anhelare, ut nihil fratribus vel sororibus de iis quæ pater dederat, remaneret, sed solus totum ambitiosus haberet. Unde contigit, et cædes varias provenire, et sanguinem innoxium sæpe fundi. Pater vero eorum attendens filii Aldefonsi plus quam ceterorum modestiam, ^(k) Urracam et Geloram filias ^(l) commendarat. Cum esset vero Urraca sollers et provida, Aldefonsus ei tanquam matri in omnibus deferebat, et eius consilio se regebat.

*De pugna fratrum, et transitu
Aldefonsi ad Regem Toleti.*

CAP. XV.

Sancius vero qui erat primogenitus, cœpit regnare Æra MXCV, ^{Ær. 1095.} et sex annis regnavit. Hic regna fratrum sibi voluit vindicare, et primo incursu cœpit Aldefonsum, qui erat medius, infestare. Dum autem Rex Sancius contra fratrem exercitum congregasset, ille veniens ex adverso, occursu opposito se obiecit, et in loco qui ^(m) Planata dicitur, sunt congressi; et Domino disponente, qui Sancium extollebat, ut lapsu rueret graviori, Rex Sancius fugavit fratrem et exercitum Legionis, et de utroque exercitu plurimi ceciderunt, et quod Arabes consueverant sustinere, fraterno gladio in se verso, Christiani miseri pertulerunt, victusque in proelio Aldefonsus abiit Legionem. Iterum autem diem constituunt ad pugnandum tali pacto, ut victus victori regnum cederet sine pugna. Cumque in loco qui Vulpecularia dicitur, convenissent, iuxta ripam fluminis Carrionis, ex utraque parte pluribus bello cæsis, demum Rex Sancius fuit victus, et cum fugæ dubiæ se dedisset, Rex Aldefonsus volens parcere Christianis, præcepit ut nullus præsumeret persecuti fugientes. Erat autem cum Rege Sancio miles strenuus, dictus Rodericus Didaci Campiator. Hic Regem suum devictum animans, persuasit, ut quoad posset, fugientem exercitum revocaret, et in aurora Legionensibus et Gallicis improvidis adveniret: gens

R enim

(k) Compl. ei
Urracam.
(l) Al. com-
mendavit.

(m) Compl. ei
Urracam.

enim illa consuevit in prosperis se iactare , et alios deridere , in adversis fortiter comminari. Unde nocturnis confabulationibus fatigati , circa mane fortius dormierunt , et irruente exercitu Regis Sancii , sunt præventi , et multis captis , aliisque cæsis , ceterisque fugatis , Rex etiam Aldefonsus capitur in Ecclesia beatæ Virginis , quæ est in præsidio Carrionis , et Burgis ducitur captivatus. Tandem procurante Petro Assurii Comite cum consilio Urracæ sororis , ea conditione educitur , ut in monasterio Sanctorum Facundi et Primitivi monachali habitu vestiretur. Cumque hoc totum Rex Sancius acceptasset , Rex Aldefonsus , non proposito , sed timore sumpsit habitum monachalem. Verum procurato consilio cum Petro Assurii Comite , fugit noctu , et Toletum veniens , ab ⁽ⁿ⁾ Almenone Rege inibi dominante sollemniter est receptus , et multis muneribus honoratus. Et Rex Toleti , interposito iuramento securitatis , sibi præstítit cautionem , et in ipso atrio regio domos et mansionem congruam fabricavit , ut Rex Aldefonsus extra strepitum civitatis cum suis Christianis commodius habitaret , et iuxta regale viridarium , ut recreationem reciperet , quando vellet. Erant autem cum eo tres fratres , viri nobiles et fideles , videlicet Petrus Assurii , Gundisalvus Assurii , et Fernandus Assurii , quos Urraca Regina fratris sui Regis Aldefonsi custodiæ et consilio deputarat. Et Almenon in eo gratias tot invenit , quod eum quasi filium diligebat. Ipse vero pro Almenone contra vicinos Reges Ara-

⁽ⁿ⁾ Al. Almeo-
ne.

bum bella utiliter exercebat , et pacis tempore per montana et ripas fluminum venationibus intendebat.

*De venationibus et prognosticis
Aldafonsi.*

CAP. XVI.

V erum tunc temporis inter condensa arborum et in humore fontium ripa ^(o) Teviniæ ursis et apri et aliis bestiis abundabat , et ipse ascendens per alveum , locum sibi placidum , qui nunc Brioca dicitur , adinvenit. Cumque sibi castellum et loci amoenitas et venationis copia placuisse , reversus Toletum , à Rege postulans impetravit , et collocatis ibi montariis et venatoribus christianis , remansit locus suæ subditus ditioni ; et pauculos Christianos , gñaros vennandi et officii sagittandi , ibi accolás collocavit , quorum successio ibi mansit usque ad tempora Ioannis tertii Archiepiscopi Toletani , qui locum ipsum habitatoribus ampliavit , et vicum parochiæ Sancti Petri , quasi suburbium , populavit. Quadam autem die cum Almenone descendit in viridarium gratia spatiandi , et cum eis turba Arabum circumsedit , et prospiciens cominus civitatem , cœpit altius cogitare , qualiter posset tanta civitas restitui Christianis. Verum cum ^(p) consessu diutino fatigati , per viridarium ambularent , Rex Aldefonsus sub una ^(q) arbore decubuit recreandus , et eo somnium simulante , Rex Almenon cum suis Arabibus loquebatur , si posset tam fortis civitas aliqua expugna-

^(o) Compl. Te-
niniae.

^(p) Tol. conses-
su divino.

^(q) Compl. ar-
borum decubuit.

gnari. Cui quispiam sic respondit: "Si per septem annos huic urbi fruges et vindemiæ auferrentur, deficientibus victualibus, posset capi." Quod Aldefonsus audiens, corde intimo conservavit. Iterum quadam die, cum Aldefonsus iuxta Almenonem causa solatii consideret, cœperunt erigi capilli verticis Aldefonsi, et Almenon cœpit comprimere manu sua; sed capilli tanto amplius cœperunt erigi, quanto amplius premebantur. Et sapientes Arabum hoc notantes, suaserunt Regi ut interficeret Aldefonsum, quia prognosticum hoc signabat ipsum ad urbis dominium elevandum. Almenon vero noluit fœdus promissæ fidei violare, sed iurare petiit, ne, eo vivente, sui regni terminos infestaret, et Rex Aldefonsus sponte natus Almenoni hoc iuravit. Eo itaque Toleti degente, Urraca Reginna præsensit, quod Rex Sancius frater eius intendebat, eam iis quæ pater sibi dederat, spoliare. Zamorenses vero Regis Aldefonsi exiliū æquanimiter non ferentes,

(r) Tol. et Al.
Arriam Gundisalvi.

(r) Ariam Gundisalvi, virum nobilem et potentem, qui Urracam Reginam nutrierat, in Principem elegerunt, ut eo duce resisterent Castellanis.

Qualiter regna fratrum Rex Sancius occupavit.

CAP. XVII.

Sed Rex Sancius, ex Castellæ et Navarræ partibus exercitu congregato, Legionem advenit, et eam, licet modicum infestatam, ut vicitor invasit, et cetera quæ Regis

Aldefonsi fuerant ditionis, et sibi trium regnum imposuit diadema. Et cum Rex Sancius circa huiusmodi moraretur, Rex Garsias in suos tyrannide grassabatur, et vilis ab omnibus et à suis etiam habebatur, et contra fratrem bella, licet segniter intentabat. Habebat autem quemdam ^(s) vernulam causa familiaris secreti plus debito sibi carum, cuius delationibus contra milites et Barones aures credulas adhibebat, et licet saepius supplicassent, ut à se prædictum vernulam removeret, discessum eius nullatenus voluit sustinere. Et ipsi reputantes dedecus et iacturam, quia eius delationibus lædebantur, delatorem in eius præsentia occiderunt. In cuius morte se læsum reputans, et confusum illatum dedecus saepè obiciens, omnes suos cœpit affligere indistincte, districte comminans, se indignationi suæ nullum terminum positurum. Sui autem minarum pericula pavescentes, et illatum dedecus recolentes, ab eius dominio, prout poterant, discedebant. Occupatis vero Legione et Asturiis, Rex Sancius vultum versus Gallæciam obfirmavit. Gallicis autem turbatione, quam diximus, in vota divisis, Rex Sancius de facili, quod optabat, obtinuit. Interim autem Rex Garsias, assumptis secum trecentis militibus, ivit ad Agarenos, et nitus est suadere, ut secum contra fratrem suum exercitum destinarent, regnum fratris et suum eis pollicens se daturum. Cui taliter responderunt: "Cum Rex essem, regnum tibi servare minime potuisti: quo modo ergo perditum nobis dabis?"

(s) Compl. hic
et infra legi.
vernulum.

Honoratum tamen muneribus, sed despectum ad Christianorum patrīam remiserunt: qui dupli confusione contritus, cœpit provincias infestare, et in Portugallia se receptans, loca plurima occupavit. Cui occurrens Rex Sancius frater eius in loco qui Sancta Irenæa dicitur, ambo fraternalis acies ordinavunt, et inito pœlio, victus Garsias, regno perditio, captivatur, et apud Lunam vinculis et custodiæ mancipatur.

De obsidione Zamoræ, et Sancii Regis morte.

CAP. XVIII.

Occupatis itaque fratrum regnis, terram ^(t) sororum voluit etiam occupare, indignans sororibus, eo quod Aldefonso fugitivo et exuli condolebant; et ditionis suæ phalangibus congregatis, urbem aggressus est Zamorensem, et obsidione conclusam cœpit fortiter impugnare. Sed Arias Gundisalvi,

^(u) Al. de quo diximus, obsessioni viriliter resistebat, nec ob-

^(u) de quo diximus, et obsessi alii viriliter resistebant, nec obsessor obtinere potuit quod optabat. Cumque utrimque certamina agerentur,

^(x) Tol. et Al. habent et miles.

^(x) miles quidam ex civitate egrediens, qui dicebatur Bellidius Athaulphi, Regem per castra deambulantem lancea petiit inunctanter, et festinatione qua venerat, se restituit civitati. Verum Rodericus Didaci Campiator zelo domini interficti eum prosequitur sine mora, et fere in ipsa urbis ianua ^(y) interfecit, sed velocitatem Bellidii non potuit prævenire. Rex autem Sancius privatus habitis et ambitis, recepto vulnere, vita ca-

^(y) Al. inter fecisset.

ruit atque regnis, et in exercitu turbatione non modica excitata,

^(z) inter obsessores conflictus etiam intervenit: et alii diversa fugæ pe-

^(a) Compl. in-
ter obsessos et
obsessores.

ricula attentantes, alii per devia deviantes, in captivitatis et mortis supplicia inciderunt. Castellani autem quorum constantia audaci consilio semper fulsit, corpus Principis in sarcophago egregie locaverunt, et commercio lugubri et resonis planctibus subsequentes, ad

^(a) Oviense monasterium detulerunt, ubi expletis ^(b) exequiis, sepulturæ ^(c) honore regio tradiderunt.

^(a) Tol. et
Compl. Onien-
se.

^(b) Compl. plan-
ctus exequiis.

^(c) Al. more
regio.

*De recessu Aldefonsi ab Alme-
none, et reditu in terram
suam.*

CAP. XIX.

Celebratis vero exequiis, Castellani et Navarri Burgis pariter converunt, et quia Rex Sancius decesserat expers prolis, Castellani et Navarri fidelitatis innatae semper memores, Aldefonsum qui à facie fratris Toletum configuerat, in Regem et dominum concorditer elegerunt tali pacto, ut prius ab eo reciperent iuramentum, quod Rex Sancius de eius conscientia non fuerat interfactus: et eidem electos nuncios clanculo destinaverunt. Urraca etiam Regina, Legionensium et Zemorensium curia congregata, et eorum recepto consilio, ad fratrem suum Aldefonsum quem præ ceteris diligebat, et Toleti tunc temporis morabatur, nuncios destinavit, ut acceleraret accipere regna fratrum. Et præcepit nunciis, ut hoc consilium secretissimum haberent, ne reve-

la-

latio in Regis periculum vertetur. Sed viri diabolici, qui nunc dicuntur initiati, et solebant Arabibus Christianorum proposita denudare, Regis Sancii morte comperta, nunciare Arabibus percurserunt. Sed Petrus Assurii vir discretus, et in lingua Arabica eruditus, et pro rumoribus patriæ curiosus, omni die extra Toletum, quasi spatiandi gratia, ad tria milia vel amplius equitabat. Et casu accidit quodam vespere, ut inventaret quempiam venientem, qui dixit sibi se ideo advenire, ut Regi Almenoni Regis Sancii interitum nunciaret. Petrus autem duxit eum, quasi causa colloquii, extra viam, quem, amputato capite, interfecit: et ad viam rediens, et paulisper procedens, invenit alium rumore et causa simili venientem, quem excidio simili decollavit, sed via alia aliis venientibus, secretum non latuit Almenonem. Petro vero Assurii gressu tertio procedente, Urracæ Reginæ nuncius supervenit, qui, ut facta fuerant omnia, nunciavit; et ille festinus Toletum rediens, cœpit, Aldefonso inscio, itineri necessaria præparare. Cumque die altero Castellanorum nuncius advenisset, et Regi negotium indicasset, ipse et Petrus Assurii ^(d) dubitabant, ne si Almenoni nuncium revelarent, Regem caperet, et pacta gravia postularet: vel si celarent, et ipse alias posset scire, hostilius desæviret. Et dum ipsi tali dubio tenebrentur, Rex Aldefonsus confidens ^(e) in Domino, sic respondit: "Honorfice me recepit, et necessa-

ria liberaliter ministravit, et ut filium me tractavit, quomodo eum celare potero quæ mihi Dominus fecit? Et accedens ad eum, quod per nuncios acceperat, revelavit. Almenon autem hæc omnia iam sciebat, et omnium viarum transitus fecerat diligentissime observari, ut si, eo inscio, vellet abire, ab observatoribus caperetur. Cumque audisset quæ dixerat Aldefonsus, factus hilaris sic respondit: "Gratias ago Deo altissimo, qui me ab infamia liberare, et te à periculo voluit custodire; si enim, me inscio, au fugisses, captionem aut mortem nullatenus evasisse. Nunc autem vade, et accipe regnum tuum, et de meo accipe aurum, argentum, equos, et arma, quibus possis tuorum animos complanare." Cumque inter eos multa amicabiliter tractarentur, inter cetera hoc exegit, ut Rex Aldefonsus iuramentum sibi et filio suo primogenito, quod de securitate fecerat, innovaret, et cum necessitas immineret, contra vicinos Arabes adiuvaret. Et ipse et filius primogenitus Aldefonso se foedere simili obligarunt. Erat autem minor filius de cuius foedere nil dixerunt, nec Aldefonsus fuit ei in aliquo obligatus. His peractis, Almenon cum maioribus gentis suæ usque ad montem de Velatome Aldefonso regaliter comitato dedit munera et pecunias, ^(f) quibus Aldefonsus Rex inclitus, dicto vale, in summitate montium ab eis discessit, et suis feliciter redonatur.

^(d) Compl. cum suis fratribus duabitabant.

^(e) Al. in Domino, ait.

^(f) Compl. quibus inclitus, dicto vale, in summitate montium ab invicem discesserunt; et Aldefonsus suis feliciter redonatur.

De sublimatione Aldefonsi in Regem, et de uxoribus et filiabus eius.

CAP. XX.

Veniens itaque Zemoram cum Regina Urraca, quæ erat prudens et piis operibus dedicata, habito consilio diligentí, cœpit in operibus iustitiæ exerceri. Castellani etiam et Navarri ad ipsum illico convenerunt, et ante omnia iuramentum (ut diximus) exegerunt, quod non fuerat conscius mortis Regis Sancii fratris sui. Sed cum nemo vellet ab eo recipere iuramentum, ad recipiendum se obtulit solus Rodericus Didaci Campiator. Unde et postea licet strenuus, non fuit in eius oculis gratus. Et Rex Aldefonsus, obtento regno quod perdiderat, et etiam regnis fratrum, omnibus clamantibus *Vivat, vivat*, omnes ei communiter iuraverunt, et ac-

Ær. 1101. cepit imperii diadema *Æra MCI.* Triginta annorum et septem mensium erat, cum regnare cœpisset, et regnavit quadraginta tribus annis. Hic habuit quinque uxores successive legitimo matrimonio sibi iunctas. Prima fuit Agnes: secunda Constantia, ex qua suscepit filiam nomine Urracam, quæ fuit uxor Comitis Raimundi, de qua ipse Raimundus genuit Sanciam et Aldefonsum qui fuit postea Imperator: tertia Berta ex Tuscia oriunda: quarta Elisabet, ex qua genuit Sanciam quæ fuit uxor Comitis Roderici, et Geloiram quam duxit Rogerius Rex Siciliæ. Hic Rogerius fuit frater Roberti Guiscardi, et filius Tancredi de Alta

villa, qui veniens à Normania, Siciliam et Apuliam et Calabriam et Capuam occupavit. Quinta Beatrix ex partibus Gallicanis. Habuit etiam aliam uxorem quæ ^(g) Ceida, postea Maria fuit dicta. Habuit etiam duas nobiles concubinas, una dicebatur Semena Munionis, ex qua genuit Geloiram quæ fuit uxor Raimundi Comitis Tolosani, et ex illo Comite genuit Aldefonsum Iordanis, qui sic dictus, eo quod fuerit in Iordanis flumine baptizatus. Ipsa enim cum viro in Syria transfretavit tempore illo quo exercitus ille magnus procedens ex partibus Galliarum, isto Raimundo Comite duce ac prævio cum Episcopo ^(h) Aviciensi, Ierusalem, Tripolim, et Antiochiam acquisivit, hortante, et personaliter in Galliis et Italia prædicante beatissimo Urbano Papa secundo, qui primus ⁽ⁱ⁾ instituit euntes in subsidium Terræ sanctæ in dextro humero crucis signaculo insigniri. Et ^(j) ex eadem Semena Munionis genuit aliam filiam quæ Tarasia dicta fuit, quam duxit Comes Enricus ex partibus ^(k) Bifontinis congermanus Raimundi Comitis patris Imperatoris, ex qua suscepit idem Enricus Aldefonsum qui fuit postea Rex Portugalliae.

De virtutibus Aldefonsi.

CAP. XXI.

Nunc ad gestorum eius principia redeamus. Hic fuit strenuitate maxima nobilis, virtute excelsus, gloria singularis, abundavit in diebus eius iustitia, finem accepit servitus, consolationem lacrimæ, augmen-

^(g) Compl. in
margine habet
Ceida quæ po-
stea Maria, mu-
tato nomine, fuit
dicta.

^(h) Compl. in
margine *Ani-
ciensi.*

⁽ⁱ⁾ Tol. et Al.
substituit.

^(j) Tol. eadem.

^(k) Compl. Bi-
sontini.

mentum fides, dilatationem patria, audaciam populus, confusus est inimicus, ^(l) obmutuit gladius, cessavit Arabs, timuit Afer, ploratus et ululatus Hispaniæ usque ad istum mansit absque consolatore, dextera eius præsidium patriæ, munimentum absque timore, fortitudo sine perturbatione, protectio pauperum, virtus magnatum: magnitudo cordis eius infra angustias Asturiarum non potuit contineri, et elegit laborem individuum comitem vitæ suæ, delicias miseriam reputabat, et belli dubia experiri delectabile et iucundum, id deperditum reputans vitæ suæ, in quo belli pericula non agebat. Rex accrescens Aldefonsus magnanimus, Rex accrescens sedit ^(m) in forti, arcus eius confisus in Domino invenit gratiam in oculis creatoris, magnificavit eum in timore inimicorum, et in populo suo elegit eum zelare fidem, dilatare regnum, exterminare inimicos, concludere adversarios, multiplicare Ecclesias, restaurare sancta, restituere dissipata. Cumque (ut diximus) Almenoni et filio primogenito foedere teneretur, eum iuxta foedus adiuvit in omnibus, quoad vixit. Et cum Rex Cordubensis regnum Almenonis invadere conaretur, Rex Aldefonsus contra eum pro foederis debito prosperavit. Cumque adventum eius

^(m) Tol. non habet in forti.

⁽ⁿ⁾ Compl. et Al. timuit, veniens eum.

Rex Aldefonsus nunciavit eidem, quod in eius auxilium veniebat, propter pacta quæ olim præcesserant inter eos. Tunc Almenon occurrerat ei cum actionibus gratiarum, et ambo intrantes fines Cor-

dubæ, omnia cædibus et incendiis vastaverunt, et actis prædis, uterque ad propria feliciter est reversus; nec præsumpsit Rex Cordubensis regnum Toleti amplius infestare. Tunc, mortua Agneta, duxit uxorem nomine Constantiam ex partibus Galliarum, cuius superius fecimus mentionem.

De obsidione et captione civitatis Toletanae.

CAP. XXII.

Mortuo autem ^(o) Almenone, et ^(o) Compl. saepe legit Almenone filio suo Issem primogenito, de quo diximus sicut patri fuit semper propitius et adiutor, ipso mortuo, secundus filius Almenon ^(p) Hiae dictus, post fratrem in ^(p) Al. Hyabye. regno substituit Toletano, qui à viis fratris et patris ^(q) nimis aberrans, cœpit in seniores et populum ^(r) insolere, quos tot angariis ^(q) Tol. minus. et perangariis convexabat, ut mortem vitæ præferrent, alias ignominiosus, inutilis, et imbellis. Almenon autem pater suus Regi dederat Aldefonso quædam municipia, Canales et Ulmos, in quibus, cum ipse veniebat in adiutorio Almenon, infirmos et debiles collocabat. Cumque (ut diximus) Toletani à suo Principe præmerentur, et à vicinis gentibus vexarentur, et Rex eorum de eorum miseriis non curaret, coniurati insimul, Regi dixerunt: "Populi et patriæ te exhibe protectorem, aut quæreremus alium defensorem." Hiae autem captus luxuriis, dicta dicentium parvipendit. Tunc ipsi pressi dominio et cladibus vicinorum, Regi Aldefonso nuncios de-

(s) Tol. ante-
quam eius. destinarunt ,^(s) antiquam eius noti-
tiam attendentes , et auxilia im-
pensa fideliter recolentes , et ei per
nuncios supplicaverunt , ut civita-
tem , quamvis inexpugnabilem , ob-
sideret , ut coacti pugna , colorem
excusationis haberent , cum ei tra-
derent civitatem. Cumque ipse illi
Regi nullo foedere teneretur , ci-
vium oblatione suscepta , congre-
gavit exercitum ex omnibus parti-

bus regni sui , et fruges et vinde-
mias devastavit per totum terri-
torium Toletanum , et per quatuor
annos id ipsum intulit successive.
Et licet civitas cunctas superet
sui opulentia civitates , tamen tot
annorum vastatione continua non
potuit victualibus non carere. Et
Rex Aldefonsus id ipsum percipi-
ens , congregato exercitu infini-
to ,

O Obsedit secura suum Castella Toletum,
P Castra sibi septena parans , aditumque recludens.
P Rupibus alta licet , ampleisque situ populosa ,
I Circundante Tago , rerum virtute referta ,
D Victu victa carens , invicto se dedit hosti.
A Huic Medina Cœlim , Talavera , Conimbria plaudat.
C Abula , Secobia , Salmantica , Publica Septem ,
A Cauria , Cauca , Colar , Iscar , Medina , Canales ,
P Ulmus , et Ulmetum ,^(t) Magerit , Atentia , Ripa ,
T Osoma cum Fluvio lapidum , Valeranica , Maura ,
A ^(u) Ascalona , Fita , Consocra , Maqueda , Butracum
Victori sine fine suo ^(x) modulantur ovantes :
Aldefonse , tui resonent super astra triumphi.

Æ. 1123. Cepit itaque Toletum **Æra**
(y) **Al. XXI.** MC^(y) XXIII , multis pactionibus
interpositis , videlicet ut Saraceni
haberent plene et integre domos
et possessiones et omnia quæ ha-
bebant , et Regi remaneret præsi-
dium civitatis cum viridario ultra
ponem : redditus autem qui anti-
quo iure dabantur Regibus , ei per-
solverent Agareni , et etiam quod
maior Mezquita eis in perpetuum
remaneret. Sicque Rex adepto
præsidio et civitatis dominio , man-
sit ibidem pro civitatis tuitione ,
magno periculo se exponens. Fuit
autem capta in die Urbani Papæ
et Martyris octavo calendas Iunii ,
vicesimo anno regni sui ; et quia
de eius ^(z) retentione dubium adhuc

erat , distulerunt electionem Pon-
tificis in futurum. Tunc Rex in
urbe regia statuit thronum suum ,
donec securum præsidium stabi-
liret , et gentem fidei confirmaret ,
et electionis populus prævaleret .

De dote Ecclesiae Toletanae.

CAP. XXIII.

Videns autem Rex quod Deus
prospera indulgebat , convocavit
regni proceres , et maiores , Episco-
pos , et Abbates , et viros religio-
sos , et quinto decimo calendas Ia-
nuarii omnes in urbe regia conve-
nerunt , et habito diligenti tracta-
tu , dominum Bernardum , virum

(z) Tol. et Al.
intentione.

religionis et prudentiæ, communiter et concorditer in Archiepiscopum elegerunt, et Rex in continenti dotavit Ecclesiam liberaliter et honeste, et dedit ei Briocam quam sibi retinuerat à tempore Almenonis, Barciles, Cabannas de Sagra, ^(a) Covera, Rodiellas, Alcoleia sub Talavera, Azecbuch quæ nunc dicitur Melgar, ^(b) Almonecir, Alpobrega; et in civitate omnes stationes quas vulgariter tendas vocamus, nec non domos, molendina, furnos, viridaria, vineas, et hortos, pro quibus hodie eius memoriam et exequias veneratur Ecclesia Tolestanæ, et multa alia privilegia dedit immunitatis.

Quod Mezquita Maurorum facta est Ecclesia Christianorum.

CAP. XXIII.

Et quia adhuc littera Gothica, et translatio Psalterii, et officium Missæ institutum ab Isidoro et Leandro ^(c) Pontificibus, quod cum translatione et littera dicitur Toletanum, per totam Hispaniam servabantur, ad instantiam uxoris suæ Reginæ Constantiæ quæ erat de partibus Galliarum, misit Romanum ad Gregorium Papam septimum, ut in Hispaniis, omisso Toletano, Romanum seu Gallicanum officium servaretur. Bernardus autem, Toletanæ Ecclesiæ electus, fuit de ^(d) Agenensi territorio oriundus, scilicet de oppido Salvitatis. Hic cum fuisse ab infantia litteratus, omisso clericatu, militiæ se adscripsit, et postmodum infirmitate coactus, in monasterio Sancti

Aurentii Auxitani, beati Benedicti regulæ, sumpto habitu, se dicavit: exinde vocatus ab Hugone Cluniacensi Abbatे, cum eo laudabilem egit vitam. Deinde cum Rex Aldefonsus vellet Sanctorum Facundi et Primitivi, ex ea causa quam diximus, monasterium ampliare, ^(e) mittit ad venerabilem Hugonem Cluniacensem Abbatem, ut ei virum providum et religiosum mitteret, qui in prædicto monasterio Sanctorum Facundi et Primitivi Abbatis officio fungeretur; et sicut in Galliis illud monasterium præcellebat, ita et istud omnibus monasteriis eiusdem ordinis in Hispaniis præsideret. Prædictus autem Abbas Cluniacensis Bernardum quem ob sanctitatis meritum carum habebat, cum aliis monachis destinavit. Qui mox veniens, factus Abbas, omnibus se exhibuit amabilem et benignum, adeo quod cum Deus omnipotens Toletum Christianæ restituit potestati, mox ipse post modicum intervallum fuit electus in Archiepiscopum et Primatem. Cumque Rex ad partes Legionis ivisset, ipse electus, Regina Constantia hortante, ^(f) adscitis militibus christianis, maiorem Mezquitam ingressus est Toletanam, et eliminata spurcitia Mahometi, erexit altaria fidei christianæ, et in maiori turri campanas ad convocationem fidelium collocavit. Quod cum ad Regis notitiam pervenisset, indignatus animo, et dolore accensus, eo quod Sarracenæ pactum firmaverat de Mezquita, à Sancto Facundo tribus diebus venit Toletum, proponens Bernardum electum et Reginam Constan-

^(a) Compl. et Al. Covexa.

^(b) Al. Almonaus.

^(c) In Compl. deest Pontificibus.

^(d) Al. Agenerensi.

^(e) Compl. et Al. misit ad venerabilem.

^(f) Tol. et Compl. de nocte ascitis.

tiam incendio concremare. Cumque tanti furoris indignatio ad noctitiam Toletanorum Arabum pervenisset, maiores et minores cum parvulis et uxoribus in pago qui Magam dicitur, Regi obviam exierunt. Cumque Rex ad eorum multitudinem pervenisset, existimans eos causa querelæ venisse, sic respondit: "Non vobis iniuria facta fuit, sed mihi, cuius fides fuit hanc tenus illibata; sed iam de cetero de fide non potero me iactare: mea autem intererit, et vobis satisfacere, et in præsumptores acrius vindicare." Arabes autem, ut erant prudentes, elevatis vocibus, et flexis poplitibus, cum lacrimis audientiam postularunt. Tunc Rex aliquantum substitit, tenens equum, et Arabes in hunc modum perorare cœperunt: "Bene novimus, quod Archiepiscopus dux et Princeps est legis vestræ, et si causa fuerimus necis eius, ob zelum fidei Christiani nos percutient una die, et si Regina perierit causa nostri, semini eius erimus perpetuo odiosi, et post dies tuos acrius vindicabunt. Unde petimus, ut parcas eis, et nos voluntarie te absolvimus à foedere iuramenti." His auditis, ira Regis ^(g) in gaudium commutatur, eo quod Mezquitam habere poterat sine fidei læsione, et ingressus urbem regiam, omnia pacifice pertractavit.

^(g) Al. com-
pescuit.

De commutatione Officii Toletani.

CAP. XXV.

Gregorius autem septimus de

quo diximus, ad petitionem Regis Aldefonsi misit quemdam Ricardum, Abbatem Sancti Victoris Marsiliensis, ut Ecclesias Hispaniæ, tot persecutionibus perturbatas, ecclesiastico moderamine ordinaret. Qui minus religiose officium peragens, cœpit ^(b) irregulariter. ^{(b) Al. irre-} <sup>(i) Tol. et Al.
Ideo per.</sup> Toletanus electus, per maris et terræ pericula se Romani Pontificis conspectui præsentavit, et Gregorio septimo viam universæ carnis ingresso, invenit Urbanum secundum in Sede Apostoliça substitutum. A quo gratarter et benigne susceptus, consecrationem, pallium, et privilegium obtinuit, et Primas institutus Hispaniarum, Apostolicæ Sedis benedictione suscepta, et per Tolosam rediens, ibidem cum Episcopis Gothicæ Galliæ et Narbonensi Archiepiscopo Concilium celebravit. ⁽ⁱ⁾ Inde per Pyrenæum in Hispanias transiens, omnium Ecclesiarum Hispaniæ curam gessit, et statuto die, in festo scilicet Sanctorum Crispini et Crispianii, octavo calendas Novembris, in honore beatæ Mariæ semper Virginis, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, et Sanctæ Crucis, et beati Stephani Protomartyris, Toletanam Ecclesiam, convocatis Episcopis, dedicavit, et in maiori altari multas et pretiosas reliquias, quas à Sede Apostolica attulerat, et quas Rex et Regina de suis et patrum suorum thesauris obtulerant, collocavit, quorum hodie beneficiis lætatur populus christianus. Verum quia Ricardus legatus se gerebat in aliquibus minus caute, religione et auctoritate compescuit at-

ten-

tentata, adeo quod ille Ricardus legatione privatus, fuit ab Urbano Pontifice Summo revocatus. Verum ante revocationem clerus et populus totius Hispaniæ ^(j) turbatur, eo quod Gallicanum officium suscipere à legato et Principe cogebantur; et statuto die, Rege, Primate, legato, cleri et populi maxima multitudine congregatis, fuit diutius altercatum, clero, militia, et populo firmiter resistentibus, ne officium mutaretur, Rege, à Regina suaso, contrarium minis et terroribus intonante. Ad hoc ultimo res pervenit, militari pertinacia decernente, ut hæc dissensio duelli certamine sedaretur. Cumque duo milites fuissent electi, unus à Rege, qui pro officio Gallicano, alter à militia et populis, qui pro Toletano pariter decertarent, miles Regis illico victus fuit, populis exultantibus, quod victor erat miles officii Toletani. Sed Rex adeo fuit à Regina Constantia stimulatus, quod à proposito non discessit, duellum iudicantis ius non esse. Miles autem qui pugnaverat pro officio Toletano, fuit de domo Matantiæ prope Pisoricam, cuius hodie genus extat. Cumque super hoc magna seditio in militia et populo oriretur, demum placuit, ut liber officii Toletani, et liber officii Gallianæ in magna ignis congerie ponerentur. Et indicto omnibus ieiunio à Primate, legato, et clero, et oratione ab omnibus devote perfecta, igne consumitur liber officii Gallicani, et prosiliit super omnes flamas incendii, cunctis videntibus et Dominum laudantibus, liber officii Toletani, illæsus omnino

^(k) et à combustionē incendiī alienus. Sed cum Rex esset magnanimus, et suæ voluntatis pertinax executor, nec miraculo territus, nec supplicatione suasus, voluit inclinari, sed mortis supplicia et di-reptionem minitans resistentibus, præcepit ut Gallicanum officium in omnibus regni sui finibus servaretur. Et tunc, cunctis flentibus et dolentibus, inolevit proverbium: *Quo volunt Reges, vadunt leges.* Et ex tunc Gallicanum officium tam in Psalterio, quam in aliis numquam ante susceptum, fuit in Hispaniis observatum, licet in aliquibus monasteriis fuerit aliquanto tempore custoditum, et etiam translatio Psalterii in plurimis Ecclesiis Cathedralibus et monasteriis adhuc hodie recitat. Ricardo itaque legatione privato, Primas Bernardus cœpit in Hispaniis Ecclesias ordinare.

^(k) Tol. et Al.
non habent et.

^(j) Compl. tur-
babatur.

*De schismate clericorum, et de
reditu Primatis, et de bonis viris
à Galliis ductis.*

CAP. XXVI.

Eisdem diebus sanctissimus Urbanus Papa secundus tactus dolore cordis, eo quod ab Agarenis Hierosolymitana civitas tenebatur, personaliter verbum crucis cœpit prædicare omnibus, sicut superius meminimus nos dixisse. Eius indulgentiis provocatus venerabilis Primas Bernardus de clericis indigenis Toletanam Ecclesiam ordinavit, et assumptis ad viam necessariis, crucis signaculo insignitus, recessit à propria civitate, volens cum exercitu de quo superius

S 2 di-

diximus, in Syriam transfretare. Cumque vix esset tribus dietis à sede propria elongatus, clerici quos in Ecclesia instituerat, stulte locuti, dixerunt adinvicem, Primatem suum numquam de cetero reversurum. Unde spiritu malignitatis et insipientiae inflammati, alium electione indebita subrogarunt, et Primatis domesticos elegerunt, qui gradu concito dominum consequentes, prout factum fuerat, intimarunt. At ille non immerito admiratus, Toletum rediit in auctores sceleris indignatus: quos cum electo suo non tardius degradavit, quam ipsi celeri præcipitio inthronizaverant maledictum; et tollens aliquos de monachis Sancti Facundi in Ecclesia collocavit, ne interim dum rediret, Ecclesia divino officio fraudaretur. Ipse vero, cœpto itinere, Romam ivit. Sed cum ad Sedem Apostolicam pervenisset, prohibuit eum dominus Papa Urbanus, ne procederet, sed in tanta novitate ad sedem propriam remearet, ne Pastoris absentia novella plantatio periculo subiaceret. Cumque eum à voti et crucis proposito absolvisset, ipse per partes rediit Galliarum, ubi eligens de diversis locis viros honestos et litteratos, nec non et iuvenes dociles quos habere potuit, in Hispaniam secum duxit. De Mosaico duxit beatum Giraldum, quem prius Cantorem in Ecclesia Toletana, postea fecit Archiepiscopum Bracarensem. De Bituricis Sanctum Petrum, quem prius Archidiaconom Toletanum, postea fecit Episcopum Oxomensem. De Aginno Bernardum, qui fuit Cantor Ec-

clesiae Toletanæ; postea fecit eum Episcopum Seguntinum, postea Archiepiscopum Compostellanum: et de eadem civitate Petrum, qui fuit iuvenis nutritus in Ecclesia Toletana, postea ^(l) Archidiaconom, postea Episcopum ^(m) Secobiensem: et alium Petrum, quem fecit Episcopum Palentinensem: et Raimundum, qui fuit oriundus de Salvitate, et fecit eum post beatum Petrum Episcopum Oxfiensem, qui postea immediate successit eidem in Ecclesia Toletana: et Hieronymum de partibus Petragoricæ, ⁽ⁿ⁾ quem tempore Roderici Campiatoris fecit Episcopum Valentini, sed in brevi civitate deperdita, eum dominus Bernardus, metropolitanus eius et Primas, in civitate posuit Zamorensi, ut ibi episcopalia exerceret, in qua non dum fuerat nec Episcopus, nec Ecclesia Cathedralis. Duxit etiam de eisdem partibus Bernardum quem post mortem Hieronymi fecit Episcopum in Ecclesia Zamorensi, et iste fuit primus proprius Episcopus Zamorensis.

*De schismate et depositione
Burdini.*

CAP. XXVII.

Duxit etiam de Lemovicis Burdinum, quem primo fecit Archidiaconum Toletanum, postea Episcopum Coimbriensem, postea Archiepiscopum Bracarensem. Hic erat astutus et versipellis, qui cum vocaretur Burdinus, factus Episcopus, fecit se Mauricum appellari; et immemor fidelitatis et

gra-

^(l) Tol. et Compl. Archiepiscopum.
^(m) Tol. Seobiensem.

⁽ⁿ⁾ Al. quam.

gratiæ , sanctæ recordationis Urbano Papa secundo viam universæ carnis ingresso , accessit ad Paschalēm Papam secundum qui prædicto Urbano fuerat substitutus , et magnum pondus pecuniæ secum portans , promisit domino Paschali Papæ secundo noviter instituto magnam pecuniam se daturum , si remoto Bernardo qui eum creaverat , fieret ipse Pontifex Tolestanus . Qui nequitiam eius , in eo quod deliquerat , volens punire , accepit pecuniam , et eum postea petitione frustravit . Cumque eo tempore Ecclesia persecutione gravissima læderetur , eo quod Imperator ^(o) Otho prædictum Papam captivatum cum Cardinalibus carceri mancipasset , idem Burdinus dolore pecuniæ instimulatus , ad schismaticum Imperatorem accessit , eius famulatui se despondens . Cumque de alio eligendo in Papam Imperator tractaret , attendens Burdini astutiam , mox præcepit eum eligi ad culmen Apostolicæ dignitatis , et factus Papa , immo verius Antipapa , Romam ingreditur imperiali potentia comitatus , et in Ecclesia Sancti Petri ut Papa resedit , et sollemnia celebravit , vocatus Gregorius Papa octavus . Cumque divina gratia adiuvante , Paschalis Papa carcerem evasisset , persecutione coactus , per maritima et Apuliam ferebatur incertus , ibique diu degens ut exul , persecutionem constantissime toleravit , et ^(p) Caietæ dicitur obiisse . Ibidemque fuit in ^(q) Papatu Gelasius substitutus , qui scripsit Toletano Primati , sicut in eiusdem Papæ invenitur ^(r) regesto , epistolam sub his verbis : "Gela-

"sius Episcopus servus servorum Dei , venerabili fratri Bernardo Toletano Primati et ceteris Hispaniarum Episcopis . Non latere credimus fraternitatem vestram , qualiter frater noster Mauricius Bracarensis Episcopus se iam diu habuerit , et quomodo Ecclesiam suam dimiserit , et quomodo Regi excommunicato adhæserit . Illud etiam , ut opinamur , nostis , quod à prædecessore nostro sanctæ memoriae Paschali Papa in Concilio excommunicatus sit , et quod Bracarensi Ecclesiæ sit mandatum , ut Pastorem sibi alium provideret . Nunc tandem per Regis tyrannidem post longum electionis meæ spatium in cubile sanctæ matris Ecclesiæ se ingsensit . Ideoque fraternitati vestræ mandamus , ut ad electionem in Bracarensi Ecclesia faciendam sollicitudine caritatis debitæ operam præbeat : ipsum vero Mauricium excommunicatum , periurum , et matris Ecclesiæ constupratorem ceteris Ecclesiæ filiis publicetis . Datis Caietæ octavo calendas Aprilis ." Et idem Papa in Gallias navigans , ^(s) Lugduni decessit , in Pontificatu anni circulo vix expleto : et huic successit Calixtus secundus , qui erat Archiepiscopus Viennensis , frater Raimundi Comitis patris Aldefonsi Imperatoris Hispani . Hic mox , pace formata , debitæ restituitur dignitati , et Burdinum iam ab Imperatore abiectum Sutrii conclusit obsessum , et captum , et depositum , Calabriæ in monasterio Sanctæ Trinitatis de cavea captivitati perpetuæ mancipavit , qui ibi vixit fere usque ad tempora ^(t) Eugenii Papæ tertii ,

^(o) In Tol. legebatur *Henricus* , sed obliteratum est , et in ora habetur *Otho* .

^(p) Tol. et Compl. hic et infra Gayetæ .

^(q) Al. Papam .

^(r) Al. registro .

^(s) Al. *Lugdum*.

^(t) Compl. domini Eugenii .

à quo fuit quartus dominus Alexander. Unde et in secretario pa-

latii Constantiniani hi versus reperiuntur inscripti.

*Ecce Calixtus, honor patriæ, decus imperiale,
Nequam Burdinum damnat, pacemque reformat.*

Hos inquam prædictos viros litteratos, providos, et honestos Primas Bernardus per Gallias transiens, in Hispaniam secum duxit, et eos in Toletana Ecclesia Canonicos ordinavit. Monachos quos ibi reliquerat, Sancti Facundi monasterio ^(u) redonavit; et ex eis quos secum duxerat, ut sapiens architectus, fundandis Ecclesiis providit primaria fundamenta, quorum sollers prudentia, et honesta religio causam dotationis et incremente Ecclesiis præbuerunt, sicut adhuc hodie patet in privilegiis possessionum et libertatum quæ Ecclesiis supradictis ob eorum sanctitatis reverentiam Principes indulserunt.

De captione Alcalæ et Valentiae.

CAP. XXVIII.

Cum ergo Primas Bernardus ad sedem propriam rediisset, castro quod dicitur Alcala, vix expugnabili obsidionem paravit, et in colle qui eidem castro ^(x) imminet, castrum aliud obfirmavit. Demumque fame affecti loci incolæ per devia aufugerunt, relicto castro venerabili Bernardo Primi, quod adhuc hodie in Toletanæ Ecclesiæ possessionibus numeratur. Rex autem Aldefonsus, acquisita iam urbe regia et munita, restauratis oppidis et civitatibus extremorum Dorii, inertiae inscius, Sarracenorū patrias peragravit, loca mu-

nitora diruens, et plana devastans, adeo quod sibi coegit servire cismarinos Arabes sub tributo. Et cum tanta gloria emineret, in privilegiis quæ personis vel Ecclesiis conferebat, Imperatorem Hesperiæ se vocabat. In diebus eius Rodericus Didaci Campiator, qui ex causa quam diximus, non erat in eius oculis gratiosus, ^(y) conferta manu consanguineorum et militum aliorum, proposuit per se Arabes infestare. Cumque versus frontariam Aragoniæ pervenisset, congressus cum Rege Petro Aragoniæ, obtinuit contra eum, et etiam vivum cepit, sed continuo manumisit. Et inde procedens, pervenit Valentiam, et obsedit. Cumque ad succursum Valentiae Buchar Rex Arabum cum exercitu advenisset, inito certamine, obtinuit Rodericus, et Buchar fugit vix vitæ relictus, cæsa tamen ex suis multitudine infinita. Et in continenti civitas se reddidit Roderico, et eam habuit, quoad vivit, et fuit in ea Hieronymus de quo diximus, in Episcopum consecratus à domino Bernardo Primate Archiepiscopo Toletano. Sed postea mortuo Roderico Didaci, fuit civitas iterum ab Arabibus occupata. Corpus autem Roderici Didaci inter insultus Arabum fuit à suis fideliter et strenue deportatum ad monasterium Sancti Petri de ^(z) Cardigna, ubi hodie etiam quiescit humatum.

De

^(u) Tol. et Al.
non habent re-
donavit.

^(y) Compl. con-
serta.

^(x) Tol. et Al.
imminet.

^(z) Al. Car-
digna.

*De morte Regis Garsiae,
et ^(a) sororum eius.*

^(a) Tol. et
Compl. sororis
eius.

CAP. XXIX.

His diebus Rex Garsias cœpit in vinculis ægrotare. Quod audiens Rex Aldefonsus, doluit ultra modum, diligebat enim eum, et quia filium non habebat, proposuerat eum substituere successorem; et quam cito Toleto rediit, à vinculis absolvisset, sed verebatur ne cum esset insolens, in regnis rebellia excitaret; unde fecit eum liberiori custodia custodiri, et placita indulgeri. Et cum esset infirmus, et sanguinem minuisset, præcepit Rex ut à vinculis solveretur.

^(b) Compl. et ^(b) Ex quo ipse ait: "Deus noluit,
Al. Sed et ipse
noluit.
ut in vita solverer, absolutionem
renuo moriturus, sed rogo, et
mando sororibus meis, ut me
cum compedibus sepeliant Le-
gione." Cumque eum ducerent Legionem, prout præceperat, à sororibus et Pontificibus qui convenierant, ibidem regio funere est sepultus, anno decimo sexto regni

Æ. 1117. fratri, Æra MCXVII. Et interfuit etiam Renerius legatus et Romanæ Ecclesiæ Cardinalis; ibidemque celebrato Concilio cum Bernardo Toletano Primate, multa de officiis Ecclesiæ statuerunt, et etiam de cetero omnes scriptores, omissa littera Toletana, quam Gulfilas Gothorum Episcopus adinvenit, Gallicis litteris uterentur. Post hæc obiit Regina Urraca Fernandi, et sepulta est Legione. Post modicum tempus obiit etiam Geloira, quæ cum sorore sua Urraca et patribus Legione habuit sepulturam.

*De adventu Arabum, et morte
Avenabet.*

CAP. XXX.

Mortuis autem uxoribus quas habuerat successive, Agnete scilicet, Constantia, Berta, et Elisabet, duxit Ceidam filiam Avenabeth Principis Hispalensis, quæ postea baptizata, dicta fuit Maria. Hæc, auditis magnalibus Aldefonsi, licet non visum, vehementi tamen desiderio adamavit, adeo ut Christi fidem susciperet, et castra quæ sibi pater dederat, Regis Aldefonsi dominio manciparet. Castra autem quæ viro dedit, sunt ista: Caracuei, Alarcuris, Consocra, Mora, Occania, Aurelia, ^(c) Uclesium, Opta, Amassatigo, et Concha. ^{(c) Al. Ule-} Et suscepit ex ea filium qui Sanctius vocabatur, quem Comiti Garsiæ de Capra dederat nutrientum. Et de consilio socii Avenabet vocavit ab Africa Almoravides, qui in gente Arabum tenebant tunc temporis principatum, ut eorum auxilio uteretur contra Arabes cismarinos. Sed in contrarium res evenit. Nam cum ipsi in magna multitudine cœsifretassent, cœperunt Avenabeth gravius infestare, adeo quod eum in quodam proelio peremerunt; reputabant enim eum, quia filiam et castra Christiano dederat, Christianum. Cumque Vandalutii eorum potentiam perpendissent, adinvicem tractaverunt, quid esset gratius, aut Christianorum porcos, aut camelos Almoravidum custodire, et sectæ suæ zelo commoti, servire Almoravidibus elegerunt. Et ex tunc ultramarini et cismarini sub unius

unius Regis regimine servierunt.

De strage Christianorum in Sacraliis, et victoria Aldefonsi in provincia Hispalensi.

CAP. XXXI.

Congregati igitur Agareni cœperunt invadere Christianos, et effusi sunt super terræ faciem ut locustæ; cumque venissent ad locum Castellæ qui Roda dicitur, occurrerunt eis duo Comites, Garsias et Rodericus. Et in congressu interfectis utrumque multis ^(d) militibus, tamdem succubuit exercitus christianus, et magna captivitate patrata, et locis plurimis concrematis, Agareni cum superbia redierunt. Post hæc Aldefonsus stragem huiusmodi non leviter ferens, iterum exercitum adunavit, occurrens exercitui Agareno, qui cum suo maximo Principe quem Amiramomeninum vocant, ex opposito ^(e) egressus est. Cumque ambo exercitus in loco qui Sacralia dicitur, concertassent, demum cessit populus christianus; et licet multi de Arabibus periissent, tot et tanti de Christicolis perierunt, quod illius belli strages et memoria quasi in proverbium adhuc extant.

^(d) Compl. mil-
libus.

^(e) Compl. ve-
niebat. Cumque
ambo.

^(f) Compl.
et Al. corona-
rant.

Fugatus itaque Rex Aldefonsus, quem tot victoriæ ^(f) coronaverunt, non fuit tamen animo consternatus, sed resumptis suis, et convocatis de omnibus regnis omnibus convocandis, corde magnifico ad victoriam elevato, eodem anno faciem contra Hispalim obfirmavit; intransque Boeticam, et eam partem Lusitaniae quæ sibi non suberat, prædis, vastationibus, et

incendiis sic omnia devastavit, quod horum fuga, et Agarenorum victoria felici commercio mutarentur. Et licet Amiramomeninus multos haberet cum Comite Garsia Ordonii Christianos, non tamen ausus fuit Regi occurrere venienti. Et Rex Aldefonsus reversus est præda et victoria gloriosus.

De obsidione Uclesii, et morte Infantis Sancii.

CAP. XXXII.

Cum itaque post labores et bella plurima Rex Aldefonsus longævus degeret et grandævus, confractus infirmitatibus et ætate, Amiramomeninus qui Hali proprio nomine dicebatur, venit Uclesium obsidere. Sed Rex Aldefonsus (ut diximus) senio et gravedine non permisus, misit Garsiam Comitem cum filio suo Sancio adhuc parvulo, et cum eis magnates et milites regni sui. Cumque prope Uclesium pervenissent, Saracenorum maxima multitudo quæ iam obsessis Uclesii prævalebat, contra venientes egreditur ad pugnandum, et hinc inde dispositis aciebus, congregati incepérunt, et sicut Domino placuit, pars christiana cœpit virtute Arabum infirmari, et in ea parte ubi Comes cum parvo aderat, cœpit fortius invaleare. Cumque quispiam equum cui Infans Sancius insidebat, graviter vulnerasset, Comiti dixit: "Pater, pater, equus cui insideo, n'est percussus." Cui Comes: "Præstolare, quia te etiam ferient successive." Et in continentí cecidit equus qui fuerat sauciatus, et Re-

gis

gis filio simul cadente , Comes descendit , et inter se et clypeum parvum ^(g) collocavit , cæde undique perurgente. Ipse vero cum esset strenuus , et clypeo parvum tutabatur , et undique irruentes cædibus repellebat , sed pede ictu gladii amputato , non potuit amplius sustentari , et incubuit super ^(b) parvum , ut ipse , quam puer , antea cæderetur. Ceteri vero magnates et milites christiani qui mortis periculum evaserunt , fugientes et victi , victoriam effugerunt. Cumque Comes Garsias Fernandi , et Comes Martinus , et alii Comites et magnates ad locum qui nunc Septem Comites dicitur , pervenissent , eos Arabum sequela prævenit. Et septem de magnatis cum multis aliis ibidem occisis , occisionis locum vocaverunt Arabes Septem porcos , quem postea locum Petrus de Franco Commendator Uclensis , mutato nomine , Septem Comites appellavit. Comites autem et magnates qui fuderant à conflictu , cum Toletum deiectis vultibus advenissent , et Regis præsentia astitissent , Rex dolore ineffabili conturbatus , talia dixit eis : "Ubi est filius meus , iucunditas vitæ meæ , solatum senectutis , unicus heres meus ? " Ad quod Comes Gometius sic respondit : "Nobis filium quem exponscitis , non dedistis." Cui ille : "Etsi dedi ⁽ⁱ⁾ alii , consortes proœlli et custodiæ vos adiunxi ; et ille cuius custodiæ specialiter reputavi , sustinuit , incubuit , et occupauit super eum , vos autem , relicto puero , cur venistis ? " Tunc Alvarus ^(j) Fanun , vir strenuus et fidelis , sic dicitur respondisse :

"Memores laborum quos ab adolescentia tolerasti , civitatum , et oppidorum , patriæ , et castorum pro quibus ^(k) toties sanguinem effudisti , et quod auxilium extincto parvo non prodesset , huc advenimus , ne cum extincto parvo magnalium ^(l) vestrorum gloria extinguatur , si ea quæ à iuventute vestra feliciter acquisistis , nobis perditis , perderentur." Sed nec sic vis doloris potuit mitigari ; quanto enim talia dicebantur , tanto amplius redivivis singultibus memoria filii torquebatur. Tunc autem perdita fuit Concha , Amasatrico , Opta , Uclesium , Aurelia , Ocania , et Consocra.

Quod Urraca Regis filia datur in matrimonium Regi Aragonie Aldefonso.

CAP. XXXIII.

Aliquanto itaque temporis intervallo , videntes Comites et magnates Regem dolore et senio tendere ad defectum , in pago prope Toletum qui Magam dicitur , pariter convenerunt , tractaturi , ut Urraca Regis filia , quæ , mortuo Raimundo Comite viro suo , adhuc vidua permanebat , nuptui tradetur. Et cum inter se aliquandiu tractavissent , demum communis consilio elegerunt , ut Comiti Gomezoni , dicto postea de Campo spinæ , qui erat potior , matrimonio iungeretur. Et quia consilium Regi proponere non audebant , animositatis eius magnificentiam formidantes , quemdam Iudæum , Ciudadellum nomine , adsciverunt , qui satis erat familiaris Regi propter

T in-

(g) Compl. ut
potuit, collocavit.

(b) Compl.
hic, supra, et in-
fra legit puerum
pro parvum : ita
etiam Al.

(i) Tol. alii.

(j) Compl. et
Tol. Fani.

(k) Compl. to-
tiens.

(l) Al. nostro-
rum gloria.

industriam et scientiam medicinæ; et huic consilium denudantes , mit-tunt ad Regem , ut quæ tractave-rant , nunciaret. Tunc Rex quasi dolore duplici stimulatus , Iudeo tale dicitur dedisse responsum : "Non tibi imputo quod hoc dicere præsumpsisti , sed mihi , cuius familiaritate in tantam audaciam prorrupisti. Cave ergo ne de ce-tero audeas , in mei præsentia comparere : quod si feceris , illi-co morieris. Mea autem intererit meæ filiæ , sed non ut postulant , providere." Hoc auditio , recesserunt confusi Comites et magna-tes. Iisdem diebus Aldefonsum parvulum filium Raimundi Comi-tis et Urracæ Comes Petrus de Trava in Gallæcia nutriebat. De quo , quia Comes Raimundus non fuerat in Regis oculis gratosus , quasi eius immemor non curabat , sed vocato Toletano Primate et ceteris Episcopis et Abbatibus regni sui , decrevit cum eis , ut filia eius Urraca Aldefonso Regi Aragoniæ matrimonio iungeretur , et vocato Rege Aragonum , quod decreverant , impleverunt. Nuptiis itaque amara conspersione peractis , Aldefonsus Rex Aragoniæ uxorem suam in Aragoniam secum duxit. Rex autem Aldefonsus , dictus Hesperiæ Imperator , in senectute sua regni pericula sic sedavit , ut nobiles et ignobiles , potentes et impotentes unius legis moderami-ne regerentur , adeo ut utriusque sexus , quantumlibet imbecillis , per omnes regni semitas incederet si-ne metu.

*De morte Regis Aldefonsi,
et miraculoso prognostico
mortis eius.*

CAP. XXXIII.

Cumque ei vitæ terminus immi-neret , fere per annum infirmitate (^m) chronica tenebatur , et tamen consilio medicorum quotidie ali-quantulum equitabat , ut laboribus assuetus , exercitio soveretur ; et quia Deus omnipotens eius opera acceptarat , eius obitum prognos-tico flebili voluit intimare. Octa-vo etenim die , in nativitate Sancti Ioannis , hora sexta , de lapidibus qui erant in altaris gradibus cæ-mentati , non ex terra , vel ex iun-cturis , sed ex ipsa substantia la-pidum cœpit aqua , cunctis viden-tibus , emanare , et tribus diebus continue emanavit. Erant autem illis diebus in civitate Petrus Le-gionensis Episcopus , et Pelagius Ovetensis , qui , auditio miraculo , cum universo clero et populo ci-vitatis , induiti sacris vestibus , ab Ecclesia Cathedrali usque ad alta-re Sancti Isidori , ubi hoc accide-rat , processerunt , et peracta Mis-sa , et sermone proposito ab Epi-scopo Ovetensi , ad locum miracu-li accesserunt , et ex ipsa aqua Pontifices et ceteri laudantes Do-minum cum lacrimis , potaverunt , ignorantes tamen quid portenti no-vitas præsignaret. Sed morte Re-gis audita , illico cognoverunt , quod luctus et tribulatio Hispaniæ or-phanae imminebat , quare et duri lapides ploraverunt. Plenus itaque gratiæ et dierum , calendis Iulii , quinta feria clarescente , reliquit luctum populo suo , periculum pa-

(m) Tol. et
Compl. cronica.

patriæ , gaudium hostibus , lamentum pauperibus , suspiria religiosis. In eius obitu exivit latro , præsumpsit prædo , latuit pauper , conticuit clerus , luit incola , sævit hostis , fugit victoria , crevit fuga , gladius in domesticos efferatur , et patria exterminio præparatur , quolibet , quod bonum erat in suis oculis , faciente. Rege itaque finito exitu gloriose , Primas Bernardus cum magnatibus et aliis qui aderant , viginti dierum exequias celebravit. Sed quia de tutione

civitatis , Rege mortuo , non sperabant , corpus eius ad monasterium Sanctorum Facundi et Primitivi quod ipse ditaverat , detulerunt. Ubi sepultus cum hymnis et laudibus , requiescit. Regnavit autem duobus annis fratre vivente , sed isti anni annis fratris annumerantur : postquam vero Toleto rediit , annis quadraginta , mensibus sex , diebus duodecim , qui cum aliis mensibus fiunt quadraginta unus anni. Sepultus ibidem cum suis uxoribus superius nominatis.

LIBER SEPTIMUS.

De separatione Regis Aragonum , et Reginae Castellæ.

CAP. I.

Verum Rex Aragonum Aldefonsus , socii sui auditio decessu , mox cum uxore sua ⁽ⁿ⁾ Urraca in Castellam , congregato exercitu , properavit , et totam terram , nullis fere resistantibus , eo quod uxori eius successione provenerat , occupavit , quam ut bonus Princeps quiete et pacifice ordinavit , et à Maurorum incursibus viriliter custodivit , et regnum Castellæ tamquam proprium undique dilatavit : et loca deserta restituens , ductis incolis populavit , videlicet Belliforamen , Valeranicam , Soriam ,

autem erat consanguinitas inter eos. Rex Sancius , dictus Maior , fuit pater Fernandi Regis Castellæ , et Ranimiri Aragoniæ primi Regis. Fernandus genuit Aldefonsum qui cepit Toletum. Aldefonsus genuit Urracam Reginam. Ranimirus genuit Sancium qui Oscam obsedit. Sancius autem genuit Aldefonsum qui duxit Urracam. Verum Comes Petrus Assurii à Rege Aldefonso qui cepit Tole-
tum , Reginam Urracam parvulam suscepserat nutriendam. Mortuo autem Rege , post patris exequias Regina , ingratitudinis spiritu incitata , terram abstulit Comiti Pe-
tro Assurii. Sed Rex Aragonum uxoris ingratitudinem non acceptans , restituit Comiti terram suam , et quia Regina in his et in aliis excedebat , Rex fecit eam in

(n) Compl. Re-
gina Urraca.

(o) Al. Alma-
nazum. Al. Al-
mazanum.

(p) Tol. et Al.
Regis Castellæ.

(o) Almazanam. Cumque de uxori contubernio dubitaret , eo quod consanguinea eius esset , munitio-
nes plurimas ^(p) regni Castellæ , Ca-
stellanis omissis , Aragonensium fidei commendavit , quas eorum aliqui diu fideliter tenuerunt. Hæc

castro quod Castellare dicitur, collocari. Regina autem indignanter tolerans custodiri, vocavit milites ex Castella, cum quibus, suas custodibus sibi datis, redditum obtinuit in Castellam. Sed magnates regni ab ea divortium procuratum nullatenus approbantes, variis tractibus interpositis, viri gratiæ reddiderunt. Sed tempore procedente, cum Rex intellexisset à suis beneplacitis alienam, Sorianam usque eam duxit, ibique repudians, dimisit eam suæ arbitrio voluntatis, et ipsa ad Comitem Petrum Assurii properans, suo consilio se commisit. Tunc celebrata curia, terram petiit ab omnibus Castellanis, quam tamen à Rege Aragoniæ tunc tenebant. Sed ut fidelitatis debitum exposcebat, terram quam tenebant, ei communiter reddiderunt. Cumque sui ad eam ex omnibus regni partibus convenirent indignatione maxima provocati, eo quod Rex Aragonum eam repudiaverat, et in dominio patriæ Aragones præponebat, eiusdem Regis dominium abiecerunt, et munitiones et castra omnia quæ tenebant, Reginæ naturali dominæ reddiderunt. Tunc Comes Petrus Assurii, indutus scarlato, et insidens equo albo, et portans funem in manu, accessit personaliter ad Regem Aragonum in castro quod dicitur Castellare, cui manu et ore hominium fecerat pro terra quam ab eo acceperat in honorem, in plena curia sic proponens: "Terram quam mihi dedistis, Reginæ restitui cuius erat, meæ dominæ naturali. Manus autem, os, et corpus, quæ fecerunt hominium, vobis offero morte vel dispendio

"consumenda." Tunc Rex cum esset aliquantulum iracundus, voluit in continentí sententialiter condemnare, sed suasus à suis, sententiam distulit promulgare. In crastino autem magnates sui in consilio suaserunt, ut tali Principi qui fidelitatem naturali dominæ sic servaverat, et ei corpus et membra ad dispendium offerebat, liberaliter indulgeret: fidelitatem enim utriusque ^(q) domino observarat, prout dominii debitum exposcebat. Et insontem remisit cum muneribus et honore, cuius factum Hispani adhuc hodie imitantur.

De ^(r) victoriis Regis Aragoniæ contra Gallacos et Castellanos, et morte Comitis ^(s) Gomitii.

^(q) Compl. dominio.

^(r) Tol. victoria Aragonensis.

^(s) Tol. Gomitionis.

CAP. II.

Castellani autem confestim castra et oppida ^(t) intentarunt, et sic regnum in discidio constitutum ab utraque parte graviter vexabatur. Interea Comes Gomitus ad Reginæ connubium anhelabat, sicut patris tempore (ut prædiximus) à magnatibus fuerat pertractatum. Sed Regina Urraca clanculo, non legitime, Comiti Gomitio satisfecit. Unde et Comes, quasi de matrimonio iam securus, cœpit agere bella regni, et pro viribus Aragones propulsare, et genuit ex Regina filium furtive, qui dictus fuit Fernandus Furatus. Interim autem quidam Comes Petrus de Lara Reginæ gratiam clandestine ^(u) procabatur. Quod voluit, impetravit, ut exitus comprobavit. Cumque Regnum discidio et cla-

^(t) Tol. et Al. intermutarunt.

^(u) Al. procarabat.

di-